STUDI E TESTI

266

IGNATIUS PARRINO

# ACTA ALBANIAE VATICANA

RES ALBANIAE SAECULORUM XIV ET XV ATQUE CRUCIATAM SPECTANTIA

## TOMUS I

ACTA EX LIBRIS BREVIUM EXCERPTA COLLIGENS

CITTÀ DEL VATICANO
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
1971

TIPOGRAFIA S. PIO X — VIA DEGLI ETRUSCHI, 7-9 — 00185 ROMA

# LECTORI

Quinto ab invictissimi illius Christi athletae necnon Albanicae Gentis irreparabili funere adventante saeculo, tanti nominis memoriam digne nobiscum celebrare statueramus; nec melius quam genuinis historiae subsidiis edendis id nobis faciendum censebamus.

Neque tamen id praestare nos rite posse reputabamus nisi omnia quae inde a Georgii Castriotae, Scanderbegii nuncupati, aetate acta in archivis de rebus Albanicis quibuscumque loquentia servabantur edenda curaremus; nemo enim solus vitam hanc degit, nemo in hoc mundi quasi theatro personam aliquam nisi cum ceteris omnibus, suae aetatis praesertim, hominibus gerere nec nisi simul cum eis ac per eos cognosci apprime intimeque profecto potest.

Multa iam de rebus Albanicis ex archivis quoquo modo deprompta vel potius excerpta iamdiu fuisse non diffitemur; multa nempe non ante multos hos annos undique ingenti labore de ipso Georgio nostro Iohannes Radonichius in unum collegit, quod sine laude factum equidem non dicimus. Attamen, ut experientia saepe nimis comperti sumus, ea ipsa quae in ipsis illis genuinis fontibus tam luculenta videbantur, non lucem, sed tenebras, a suo historico, ut aiunt, contextu avulsa, cumulabant.

Officium nostrum igitur esse visum est, quae a nobis attingi poterant archiva, funditus explorare, omniaque longe propeque rebus Albanicis pertinentia colligere atque edere.

Ingens sane opus atque paucorum hominum viribus vitaeque impar profecto; eo magis si terminum tanto labori immaturum nec prorogandum nobis, quinquies centesimo a Georgii morte, MCMLXVIII imminente anno, impositum fuisse, lector, recogites.

Id unum, quod Vaticanum Secretum Archivum spectat, restabat: non unam ex temporis ordine seriem servare, sed ipsius Archivi divisiones secuti, ex unaquaque divisione, quaecumque in ea invenerimus seorsum, at non nisi intra eiusdem fines temporis ordine servato, in apposito volumine quam primum edere.

Iam extra ordinem Calixti III Brevium Librum qui dicitur edidimus, ne omnino per nos parum quid saltem ex Vaticano Archivo studiosis viris intra iubilarem annum deesset. Erat enim Liber ille de castriotianis rebus omnium locupletissimus. At nunc laborem nostrum per ordinem aggressi, omnium Brevium librorum, intra unius tomi mensuram, quod saeculum XV et Albaniam spectat, segetem lectoribus offerre aggredimur.

Non omnia quae in talibus libris asservantur, ut par est, hic edere nobis institutum esse oportet, sed ea tantum quae albanicarum rerum sive inquisitoribus sive descriptoribus usuvenire reputamus; inter quae, ea modo quae proxime vel ex professo de Albania agunt, integre transcribemus; quae autem a longe tantum de iis agunt, nobis compendiose, fideliter tamen, ne quid lucis desideretur, offerre lex erit.

Omnia haec, non codicum nec pagellarum in codicibus ordinem servantes, sed, quantum potuimus, temporis ordinem imponentes.

Si quis autem quaerat de his brevium libris aliquid scire, illud dicemus, a Martino V Pontifice deincepsque, quasdam ex pontificiis literis iam non in communibus repertoriis quos Vaticana vel Lateranensia Regesta vocamus, colligere, sed seorsim annotare insolevit, quippequae de negotiis quibuscumque non iuridico modo agerent, sicut ea quae in regestis locum habebant, sed potius perfunctorio quam decretorio.

Unde sane effectum est ut huius temporis libri brevium notitiarum de rebus gestis multo locupletiorem messem offerant quam Regesta.

Hi brevium libri non ordine nec statim ab expeditione litterarum redacti sunt, sed vel multo serius, vel vita defuncto Pontifice, quandoque ex incondita exemplarium mole transcripti, vel etiam ex ipsis exemplaribus prout iacebant quoquo modo compacti. Nil igitur mirum si in aliquo horum voluminum diversorum pontificum brevia invenire est, nihilque mirum lectoribus nostris esto, si edendo, libros illos quodammodo discerpere, ad temporis ordinem servandum, coacti sumus.

Omnia pari studio atque aequa mensura, pro rerum momento, protulimus; ea tamen quae ex Calixti III libro delegimus, cum iam sat ample, ut diximus, in apposito extra seriem tomo ediderimus, hic pressius innuimus, ea tantum integre referentes quae proxime albanicas res spectarent.

Litteris sive brevibus, tum integre relatis, tum compendio redactis, nullam fere nostram adnotationem nec commentum addere opportunum visum est; sed ne quid subsidii lectori desit, indices eosque quantum potuimus locupletes addidimus.

## MONITA

Acta integre ex originalibus a nobis hic transcripta, rotundis characteribus edentur; nomina vero personarum ac locorum propria, in eisdem actis contenta, italicis characteribus ad perquirentium commodum atque facilitatem, transcribentur.

Acta econverso res albanicas non proprie spectantia et proinde a nobis compendiose tantum edita, italicis characteribus edentur, praeter propria nomina, quae rotundis characteribus designabuntur.

Item verba quaedam a nobis, lectori quoquomodo monendo, inserta, rotundis characteribus si textus italicis, italicis autem si textus rotundis, transcribentur.

Quadratis uncis [ ] suppositiva verba perperam in originali omissa, includentur.

Rotundis vero uncis ( ) monita nostra in textu inserta.

Rotundis item uncis ( ) includemus antiquos pagellarum numeros, post numeros accuratiores nuper invectos.

Quae in originalibus in sinistro margine addita fuerint, a nobis intra textus formam finesque, at in propria linea referentur, addito in fine signo].

Pariter quae in dextro margine, praemisso signo [.

F. littera, *folium* indicat.

Cetera, ut putamus, explicatione non indigent, vel si forte indigerent, voluminis nostri usu lector facile apprehendet.

## BREVIUM SERIES ET INDEX

Nota: italicis characteribus hic acta describuntur ea quae a nobis integre transcribuntur.


ARM. XXXIX VOL. 6

1 – Episcopatuum Series
2 – (1328-30) – Nicolai V Antipapae Bulla
3 – (1342) – Clementis VI Pontificis Bulla
4 – (1389-1404) – Bonifacii IX Pontificis Bulla
*5 – (1417) – Martinus V Emanueli II Palaeologo Romanorum Imperatori*
*6 – (1422) – Martinus V Emanueli II Palaeologo Romanorum Imperatori*
*7 – (1422) – Martinus V Carolo I Tocco Ianinae Despotae*
*8 – (1422?) – Martinus V Centurioni Zachariae Achaiae Principi*
9 – (1422?) – Martinus V Carolo I Tocco Ianinae Despotae
*10 – (1422?) – Martinus V Theodoro Porphyrogenito Moreae Despotae*
11 – (ante 1451) – In Turcas profecturis indulgentia
12 – ? – In Turcas et Mauros profecturis indulgentia
*13 – ? – Iohanni Archiepiscopo Patracensi*
14 – 1454 III 9 – Nicolaus V Venetiarum Duci
15 – 1454 III 21 – Nicolaus V Gaspari Marchiae Camerae notario
16 – 1454 III 29 – Nicolaus V Galeotto Franciotto, lucensi mercatori
*17 – ? – Iohanni de Hunyade Regni Hungariae Gubernatori*

ARM. XXXIX VOL. 7

CALISTI PAPAE III LIBER BREVIUM

18 – (1456 V 4) – S. Aug. Fr. Praedicatoribus
19 – (1456 V ?) – Ianuensibus
20 – (1456 VI 1) – Magistro Iohanni Soler
21 – 1456 VII 4 – Alano Coetivy Cardinali
22 – (1456 VII) – Frederico Imperatori
23 – (1456 VII) – Carolo Franciae Regi
24 – (1456 VII) – Alphonso Aragonum et Siciliae Regi

25 – (1456 VII) – Iohanni Soler, misso pontificio
26 – (1456 VII) – Aragonum Regi
27 – (1456 VII) – Infanti Henrico, Nicensi Duci
28 – (1456 VII) – Infanti Fernando, Besiensi Duci
29 – (1456 VII) – Petro Britanniae Duci
30 – (1456 VII) – Ludovico Sabaudiae Duci
31 – (1456 VII) – Alberto Austriae Archiduci
32 – (1456 VII) – Florentinae Communitati
33 – (1456 VII) – Iohanni Castiglione, Papiensi Episcopo
34 – (1456 VII) – Iohanni de Capistrano
35 – (1456 VII) – Iohanni Soler (?)
36 – (1456 VII) – Iacobo Perpignan, Oratori suo
37 – (1456 VII) – Eidem Perpignan
38 – (1456 VII) – Cardinali Trevisan, classis Legato
39 – (1456 VII) – Iacobo Perpignan
40 – (1456 VII) – Iacobo Girad, Barcinonensi Episcopo
41 – (1456 VII) – Iohanni de Capistrano
42 – (1456 VII) – Sancti Angeli Cardinali
43 – (1456 VII 9) – Ludovico Trevisan, Cardinali, classis Legato
44 – (1456 VII) – Magistro Montesit
45 – (1456 VII) – Iohanni Copons
46 – (1456 VII) – Classis Legato
47 – 1456 VIII 5 – Hebraeis in Pontificio Patrimonio commorantibus
48 – 1456 VIII 6 – Bernardo de Medicis
49 – 1456 VIII 6 – Iohanni Soler
50 – 1456 VIII 6 – Bononiae Gubernatori
51 – 1456 VIII 7 – Tudertinis Prioribus
52 – (1456 VIII) – Papiensi Episcopo
53 – (1456 VIII) – Ludovico Gacet, Pontificio Commissario
54 – (1456 VIII) – Fernando Portugalliae Infanti
55 – (1456 VIII) – Pedro de Aviz, Portugalliae Regis Avunculo
56 – (1456 VIII) – Florentinis
57 – (1456 VIII) – Senensibus
58 – (1456 VIII) – Avinionensi Cardinali
59 – (1456 VIII) – Eidem
60 – (1456 VIII) – Aloisio Delphino
61 – (1456 VIII) – Franciae Regi
62 – (1456 VIII) – Philippo, Burgundiae Duci
63 – (1456 VIII) – Antonio Ferrarii, in Burgundia Commissario
64 – (1456 VIII) – Sabaudiae Duci



65 – 1456 VIII 18 – Classis Legato
66 – 1456 VIII 18 – Classis Legato
67 – (1456 VIII) – Classis Legato
68 – (1456 VIII) – In classe rationum Scribae, Berengario Vilae
69 – (1456 VIII) – Iacobo Perpignan
70 – (1456 VIII) – Iohanni Soler
71 – (1456 VIII) – Michaeli Isalguer in Sicilia Collectori
72 – (1456 VIII) – Ianuensibus
73 – (1456 VIII) – Carvajal Cardinali, in Hungaria Legato
74 – (1456 VIII) – Dionisio Szêchy, Cardinali
75 – (1456 VIII) – Carvajal
76 – 1456 VIII 24 – Venetiarum Duci
77 – (1456 VIII) – Pro bello turcico Legatis
78 – 1456 IX 1 – Iohanni de Capistrano
69 – (1456 IX) – Francisco Foscari, Venetiarum Duci
80 – (1456 IX) – Carolo Franciae Regi
81 – (1456 IX) – Florentinis
82 – (1456 IX) – Antonino Florentiae Archiepiscopo
83 – (1456 IX) – Alphonso V Portugalliae Regi
84 – (1456 IX) – Iacobo Girad, Barcinonensi Episcopo
85 – (1456 IX) – Ianuensibus
86 – (1456 IX) – Ragusaeis
87 – (1456 IX) – Classis Legato
88 – (1456 IX) – Iohanni Gaufridi, Atrebatensi Archiepiscopo
89 – (1456 IX) – Iohanni Soler
90 – (1456 IX-X) – Philippo Burgundiae Duci
91 – (1456 X) – Carolo Franciae Regi
92 – 1456 X 8 – Alano Cardinali
93 – (1456 X) – Burgundiae et Britanniae Ducibus
94 – (1456 X) – Ludovico Cescases Oratori suo
95 – (1456 X) – Alano Cardinali
96 – (1456 X) – Francisco de Carbonibus
97 – 1456 X 10 – Frederico de Montefeltro, Urbini Comiti
98 – 1456 X 13 – Nicolao Cusano, Brixinensi Episcopo
99 – 1456 X 13 – Petro Fuxiensi Cardinali
100 – 1456 X 24 – Regio Parisiensi Parlamento
101 – 1456 X 26 – Carolo Franciae Regi
102 – (1456 X) – Alphonso Portugalliae Regi
103 – 1456 X 28 – Silvensi Episcopo, in Portugallia Nuntio
104 – (1456 X) – Gullielmo Pontio de Fonollet notario et collectori pontificio

105 – (1456 X 28 ?) – Barcinonensi Episcopo
106 – 1456 X 28 – Fonolleto
107 – 1456 X 31 – Petro Ximini commissario et collectori in Sardiniae Regno
108 – 1456 X 31 – Eidem
109 – (1456 X) – Francisco Sfortiae, mediolanesi Duci
110 – (1456 X) – Carolo Sfortiae, mediolanensi Archiepiscopo
111 – 1456 XI 2 – Papiensi Episcopo
112 – (1456 XI) – Francisco Foscari Venetiarum Duci
113 – 1456 XI 4 – Petro de Campofregoso, Ianuensi Duci eiusque Senatui
114 – (1456 XI) – Barcinonensi Episcopo
115 – 1456 XI 5 – Barcinonensi Episcopo
116 – (1456 XI 5 ?) – Fonolleto Collectori
117 – 1456 XI 6 – Carolo Franciae Regi
118 – (1456 XI 6) – Alano Cardinali
119 – 1456 IX 8 – Alano Cardinali
120 – 1456 XI 8 – Eidem
121 – 1456 XI 8 – Eidem
122 – 1456 XI 8 – Renato I Andegavensi, Siciliae (titulo) Regi
123 – 1456 XI 8 – Aurelianensi Duci
124 – (1456 XI) – Francisco Coppino
125 – 1456 XI 8 – Iacobo de Mozanica, Fratrum Minorum Ministro Generali, collectori; Francisco Coppino collectori et Nuntio Apostolico
126 – 1456 XI 8 – Avenionensi Legato Cardinali et Ludovico Cescases Ap. Oratori
127 – (1456 XI 8 ?) – Casaenovae Abati Augustino, Collectori
128 – 1456 XII 2 – Francisco Coppino
*129 – 1456 XII 5 – Fr. Ludovico Constanz*
*130 – 1456 XII 5 – Simoni et Alphonso Astrovileri*
131 – 1456 XII 22 – Iohanni Menenti in Portugallia Collectori
132 – 1456 XII 22 – Eidem
133 – 1456 XII 23 – Officiali cuidam pontificio in Marca Patrimoni S. Petri
134 – 1456 XII 28 – Aretino Episcopo
135 – 1456 XII 31 – S. Angeli Cardinali
136 – 1457 I 2 – Ladislao Hungarorum Regi
137 – 1457 I 7 – Nydrosiensi Archiepiscopo, in Germania Nuntio
138 – 1457 I 7 – Civitatis Leodiensis Tribus Ordinibus
139 – 1457 I 11 – Michaeli Isalguer in Sicilia Collectori



140 – (1457 I) – Fr. Mattheo, fr. Angelo, et Episcopo a Camerario misso
141 – (1457 I) – Neapolitani Regni Collectoribus omnibus
142 – (1457 I) – Episcopo N. N.
143 – (1457 I) – Collectori cuidam vel collectori cuicumque in Sicilia
144 – (1457 I) – Iohanni Soler
145 – 1457 I 27 – Coloniensi Archiepiscopo et similiter Moguntino et Trevirensi
146 – 1457 I 28 – Ludovico Cescases
147 – 1457 I 30 – Sabaudiae Praelatis singulatim
*148 – 1457 I 30 – Mariano canonico et Vitto rectori ecclesiae S. Eliae Antibarensis*
149 – 1457 I 31 – Fonollet Collectori
150 – 1457 II 1 – Honorato Caietani, Fundano Comiti
151 – 1457 II 3 – Fr. Mariano de Senis O. M.
152 – 1457 II 3 – Senatui et Ragusianae Communitati
153 – 1457 II 5 – Ianuensi Duci
154 – 1457 II 13 – Fr. Angelo de Volsinia O. M. Obs.
155 – 1457 II 14 – Mediolanensi Duci
156 – 1457 II 14 – Montisferrati Marchioni, Iohanni IV Palaeologo
157 – 1457 II 14 – Mediolanensi Archiepiscopo
158 – 1457 II 16 – Alano Cardinali
159 – 1457 II 26 – Fonolleto
160 – 1457 II 28 – Classis Legato
161 – 1457 III 10 – Fonolleto
162 – 1457 III 10 – Tomae Taqui mercatori
163 – 1457 III 10 – Honorato Caietani Comiti
164 – 1457 III 10 – Classis Legato
165 – 1457 III 10 – Berengario Vilae, rationis Scribae
166 – 1457 III 15 – Cornetano Episcopo Perusii Gubernatori
167 – 1457 III 20 – Alphonso Aragonum Regi
168 – (1457 post III 20) – Ianuensium Duci, Communi et S. Georgii Societati
169 – 1457 III 23 – S. Angeli Cardinali
170 – 1457 III 24 – Fr. Francisco de Viterbo O. M. Obs.
171 – 1457 III 26 – Fonolleto
172 – 1457 III 26 – Alano Cardinali
173 – (1457 III in fine) – Fr. Laurentio de Panormo
174 – (1457 III in fine ?) – Fr. Francisco de Carbonibus
175 – 1457 III 29 – Classis Legato
176 – 1457 III 29 – Vitali de Villanova, nepoti suo
177 – 1457 III 29 – Geraldo de Castellvert, nepoti suo

178 – 1457 III 29 – Berengario Vilae, rationis Scribae
179 – 1457 III 29 – Corneti Portitori
180 – 1457 III 31 – Michaeli Isalguer
181 – 1457 III 31 – Fr. Angelo O. M.
182 – 1457 III 31 – Fr. Laurentio O. M.
183 – 1457 IV 4 – Poloniae Regi
184 – 1457 IV 4 – Frederico II, Saxoniae Duci, seniori
185 – 1457 IV 4 – Gullielmo Turingiae, Saxoniae Duci, iuniori
186 – 1457 IV 4 – Germaniae Poloniae aliorumque locorum Archiepiscopis
187 – 1457 IV 4 – Volaterranae Communitati
188 – 1457 IV 5 – Ianuensium Duci et Senatui
189 – 1457 IV 10 – S. Angeli Cardinali
190 – 1457 IV 10 – Ladislao Hungariae Bohemiaeque Regi
191 – 1457 IV 10 – Strigoniensi Cardinali Apostolico Legato
192 – (1457 IV 10 ?) – Silvensi Episcopo
193 – 1457 IV 13 – Fonolleto
194 – 1457 IV 15 – Tomae Taqui de Perpignano mercatori
195 – 1457 IV 17 – Galeatiae capitaneo, patrono et commissario
196 – 1457 IV 19 – Fr. Roberto de Licio Nuntio et Collectori
*197 – 1457 IV 21 – Bosnae Regi*
*198 – 1457 IV 21 – Fr. Philippo de Ragusio O. M. in Bosna vicario, et, eo absente, fr. Nicolao de Apulia*
*199 – 1457 IV 23 – Stephano Tomae, Bosnae Regi*
*200 – 1457 IV 23 – S. Angeli Cardinali*
*201 – 1457 IV 26 – Ragusinae Rei Publicae*
202 – 1457 IV 26 – Martino Clarini, florentino Ragusii mercatori
203 – 1457 IV 26 – Fr. Mariano de Senis O. M.
*204 – 1457 IV 27 – Fr. Eugenio ex Albania O. M.*
205 – 1457 V 5 – Classis Legato
206 – (1457 V 5) – Berengario Vilae
207 – 1457 V 8 – Augustino Casaenovae abati O. Cist. in Sabaudia Collectori
208 – (1457 V 8) – Gabrieli Baldi mediolanensi mercatori
209 – 1457 V 8 – Iacobo de Pazis et SS, Genevae
210 – 1457 V 9 – Ianuensium Duci et Senatui
211 – 1457 V 10 – Petro de Campofregoso, ianuensi Duci
212 – 1457 V 12 – Fr. Cherubino de Spoletio O. M.
213 – 1457 V 12 – Fr. Antonio de Montefalcone et fr. Cherubino de Spoletio





214 – 1457 V 17 – Fr. Iacobo de Marchis O. M.
215 – 1457 V 17 – Eidem
216 – 1457 V 17 – Hungarorum Regi
217 – 1457 V 17 – Hungarorum Bohemiaeque Episcopis
218 – 1457 V 17 – Hungariae Bohemiaeque Praelatis et Dominis
219 – 1457 V 17 – Carvajal Cardinali
220 – 1457 V 20 – Urbinati Clero et Capitulo
221 – 1457 V 20 – Frederico de Montefeltro
222 – 1457 V 23 – Augustino Casaenovae abati
223 – 1457 V 24 – Carolo Franciae Regi
224 – 1457 V 24 – S. Angeli Cardinali
225 – (1457 circa V 24) – Cardinali in Francia Legato
226 – 1457 V 25 – Portugalliae Regi
227 – 1457 V 25 – Silvensi Episcopo
*228 – 1457 VI 9 – Georgio Kastriota Skanderbeg in Albania Domino*
*229 – (1457 VI 9 ?) – Progono Mazichi nobili viro*
230 – 1457 VI 10 – Berengario Clavel Perusii Thesaurario
231 – 1457 VI 10 – Antonio Severini Eugubino Episcopo
232 – 1457 VI 10 – Frederico Urbinati Comiti
233 – 1457 VI 10 – Antonio Florentino Archiepiscopo
234 – 1457 VI 10 – Fr. Iohanni de Neapoli O. P.
235 – 1457 VI 15 – Ludovico Cescases
236 – 1457 VI 15 – Casaenovae Abati
237 – 1457 VI 16 – Fr. Francisco de Carbonibus O. M. Apostolico Nuntio
238 – 1457 VI 16 – Fr. Iohanni de Curte O. P.
239 – 1457 VI 16 – Stephano de Nardinis, Anconetanae Marchiae Thesaurario
*240 – 1457 VI 20 – S. Angeli Cardinali*
241 – 1457 VI 26 – Fonolleto
242 – 1457 VI 28 – Alano S. Prassedis titulo Cardinali
243 – (c. 1457 VI 28) – Iohanni S. Stephani ad Coelium Cardinali, Augustodunensis Ecclesiae Apostolico Commissario
244 – 1457 VI 30 – Ludovico Narniensi Secretario suo
245 – 1457 VII 4 – Fr. Cherubino de Spoletio
246 – 1457 VII 5 – Perusinis
1457 VII 5 – Berengario Clavel
1457 VII 5 – Eidem
1457 VII 6 – Augustino Casaenovae abati
1457 VII 7 – Roberto de Licio O. M.
1457 VII 8 – Casaenovae abati

246 – 1457 VII 8 – Ludovico Cescases
1457 VII 11 – Ragusinis
1457 VII 11 – Martino Clarini Ragusii degenti
1457 VII 11 – Fr. Mariano de Senis
1457 VII 13 – Fr. Iohanni de Neapoli
1457 VII 13 – Fr. Angelo de Vulsinio
1457 VII 22 – Mutinae et Ferrariae Duci (Burso Atestino)
1457 VII 25 – Fr. Francisco de Carbonibus
1457 VII 25 – Frederico de Montefeltro
(1457 VII) – Cornetano Episcopo Perusii Gubernatore et B. Clavell
*247 – 1457 VII 26 – Francisco Foscari, Venetiarum Duci*
*248 – 1457 VII 28 – Stephano Bosnae Comiti*
*249 – 1457 VII 28 – Fr. Mariano de Senis*
*250 – 1457 VII 29 – Stephano Tomae, Bosnae Regi*
251 – 1457 VIII 16 – Andreae Cornario nobili veneto
252 – 1457 VIII 19 – Fr. Nicolao Lucensi O. P.
1457 VIII 19 – Ludovico Cescases
1457 VIII 20 – Fr. Angelo de Vulsinio O. M.
1457 VIII 20 – Iohanni Montpaller Commissario
1457 VIII 20 – S. Laurentii de Aversa abati, in Siciliae Regno Collectori
1457 VIII 20 – Barcinonensi Episcopo
1457 VIII 22 – Fr. Francisco de Viterbo, Nuntio
1457 VIII 23 – Alphonso Aragonum Regi
1457 VIII 24 – Sueciae Archiepiscopo
1457 VIII 24 – Cornetano Episcopo et Fr. Cherubino de Spoletio
1457 VIII 24 – Berengario Clavell
1457 VIII 25 – Berardo Spoletii Episcopo
1457 VIII 27 – Fr. Francisco de Viterbio O. M.
1457 VIII 28 – Gullielmo Pontio de Fonollet Collectori
253 – 1457 VIII 29 – Classis Legato
254 – 1457 VIII 29 – Magno Magistro Rhodi
255 – 1457 VIII 31 – Fr. Francisco de Carbonibus
256 – 1457 VIII 31 – Classis Legato
257 – 1457 VIII 31 – B. Vilae et Iohanni Pou
258 – 1457 VIII 31 – B. Vilae
259 – 1457 IX 5 – Cornetano Episcopo, B. Clavell et Fr. Cherubino de Spoletio
*260 – 1457 IX 11 – Georgio Castrioti*
*261 – 1457 IX 14 – Stephano Bosnae Duci*



*262 – 1457 IX 17 – S. Angeli Cardinali*
*263 – 1457 IX 17 – Georgio Castrioti*
*264 – 1457 IX 18 – Ragusaeis*
*265 – 1457 IX 18 – Fr. Mariano de Senis*
*266 – 1457 IX 19 – Iohanni Navarr*
*267 – 1457 IX 20 – Francisco Foscari Venetiarum Duci*
268 – (1457 IX) – Berengario Vilae et Iohanni Pou
*269 – 1457 IX 24 – G. P. Fonolleto*
270 – 1457 IX 24 – Assisiensi Clero
1457 IX 24 – Pisaurensi Episcopo
1457 IX 24 – Fr. Iohanni de Curte
1457 IX 24 – Fr. Francisco de Carbonibus
(1457 IX-X) – G. P. Fonolleto
1457 X 7 – L. Cescases
*271 – 1457 X 22 – Ragusaeis*
272 – 1457 XI 1 – Cosimo de Medicis
273 – 1457 XI 9 – Michaeli Isalguer
1457 XI 17 – Fonolleto
1457 XI 17 – Tarragonensis Provinciae Clero
1457 XI 18 – M. Isalguer
274 – 1457 XI 19 – S. Angeli Cardinali
275 – 1457 XI 29 – Strigoniensi Cardinali
276 – 1457 XI 30 – Laurentio Rovarella in Germania Nuntio
277 – 1457 XII 3 – Ragusaeis
*278 – 1457 XII 3 – Iohanni Navarr*
279 – 1457 XII 4 – Classis Legato
280 – 1457 XII 4 – B. Vilae
281 – 1457 XII 12 – Magistro Alano
282 – 1457 XII 12 – Casaenovase Abati
283 – (1457 XII 12 ?) – Episcopo Singidunensi
284 – (1457 XII) – Moguntino Archiepiscopo
285 – (1457 XII) – Coloniensi Archiepiscopo
286 – (1457 XII) – Trevirensi Archiepiscopo
287 – (1457 XII) – Bernensibus
288 – 1457 XII 20 – Alano Cardinali
289 – 1457 XII 20 – Tutellensi Episcopo
290 – 1457 XII 20 – Virodunensi Episcopo
291 – 1457 XII 20 – Ludovico Sabaudiae Duci
292 – 1457 XII 20 – Geotino de Nores militi
293 – 1457 XII 20 – Iohanni de Grolea

294 – 1457 XII 20 – Granatansi (?) Episcopo
295 – 1457 XII 21 – Viennensi Delphino
296 – 1457 XII 21 – L. Cescases
297 – 1457 XII 21 – Philippo Burgundiae Duci
298 – (1457 XII) – Iohanni Andegavensi Lotaringiae Duci, eidemque titulo Calabriae Regi
299 – 1457 XII 23 – Praeceptori de Isment
300 – (1457 XII ?) – Moguntino Archiepiscopo
301 – 1457 XII 23 – Marino de Fregenis, in quibusdam Germaniae regionibus Nuntio
302 – 1457 XII 26 – Silvensi Episcopo
303 – (c. 1458 I 7) – L. Cescases
304 – 1458 I 7 – Marino de Fregenis
1458 I 9 – Francisco Coppino Commissario
1458 I 10 – Mediolanensi Duci
1458 I 10 – Francisco Coppino
1458 I 23 – Antonio a Venetiis Nuntio
1458 I 29 – Genesio de Parma
1458 I 30 – Iohanni Vergormensi, eidemque Tiptensi Domino
1458 II 4 – Francisco Coppino, Interamnensi Episcopo Electo
1458 II 6 – Ragusaeis
*305 – 1458 II 6 – Iohanni Navarr*
*306 – 1458 II 6 – Georgio Castrioti*
*307 – 1458 II 8 – Alphonso Aragonum Regi*
308 – 1458 II 9 – S. Angeli Cardinali
309 – 1458 II 17 – L. Cescases
310 – 1458 II 23 – Sabaudiae Duci
311 – 1458 II 23 – Metensi Subcollectori
1458 II 23 – Virodunensi Subcollectori
1458 II 23 – Tutellensi Subcollectori
1458 II 23 – Casaenovae Abati
1458 II 25 – Metensis Civitatis Consulibus
1458 II 25 – L. Cescases
1458 II 25 – Iohanni Soler Barcinonensi Episcopo Electo
1458 II 26 – Triventano Episcopo
1458 II 27 – Virodunensi Episcopo
(1458 II 27 ?) – Metensi Episcopo
(1458 II 27 ?) – Eidem
(1458 II 27 ?) – Tutellensi Episcopo
(1458 II) – Solettensi Civitati



311 – (1458 II) – Farbingensibus (Friburgensibus?)
1458 III 8 – S. Salvatoris Metensis Decano
312 – 1458 III 14 – S. Angeli Cardinali
313 – 1458 III 14 – Strigoniensi Cardinali
314 – 1458 III 14 – Matthiae Corvino, Hungarorum Regi
315 – 1458 III 14 – Hungaris Baronibus et Magnatibus
316 – 1458 III 14 – Michaeli Szilagyi Regni Ungariae Gubernatori
317 – 1458 III 15 – Classis Legato
318 – 1458 III 15 – B. Vilae
319 – 1458 III 15 – Petro Michaeli Marchiae Thesaurario
1458 III 15 – Stephano de Nardinis Marchiae Locumtenenti
1458 III 15 – M. Isalguer
(1458 II 22) – Ludovico et Iohanni de Ianua, Collectoribus
1458 III 24 – Iacobo Exarch Valentiae Canonico
1458 III 24 – Antonio Bon Aragoniae Commissario
1458 III 27 – Anconetano Senatui
320 – 1458 IV 3 – Classis Legato
321 – 1458 IV 3 – Fr. Barutell
322 – (1458 IV) – M. Isalguer
(1458 IV) – Fr. Laurentio de Panormo et Iacobo et Petro O. M. Obs.
1458 IV 19 – Fr. Francisco de Carbonibus
1458 IV 19 – Petro Michaeli
1458 IV 19 – Iohanni Navarr
(1458 IV 24 ?) – Marchiae Thesaurario
(1458 IV 24 ?) – Iohanni Navarr
(1458 IV 24 ?) – Francisco de Carbonibus
(1458 IV 24 ?) – Fr. Iacobo de Ausculo
(1458 IV 24 ?) – Marchiae Locumtenenti
323 – 1458 IV 26 – Episcopo N. N. in Castella
324 – 1458 IV 26 – Fonolleto
325 – 1458 IV 26 – Antonio Bon
326 – 1458 IV 28 – Silvensi Episcopo
327 – 1458 IV 28 – Alphonso de Guimeranis
328 – (1458 IV 30 ?) – M. Isalguer
1458 IV 30 – Messanensi Archiepiscopo
1458 V 6 – Antonio Bon
(1458 V 6 ?) – G. P. Fonolleto
329 – 1458 V 6 – Antonio de Venetiis, Castellae Nuntio et Commissario
330 – 1458 V 13 – S. Angeli Cardinali
331 – 1458 V 13 – Hungarorum Regi

332 – 1458 V 13 – Poloniae Regi
333 – 1458 V 15 – Strigoniensi Cardinali
334 – 1458 V 15 – Varadinensi Episcopo
335 – 1458 V 23 – S. Angeli Cardinali
336 – 1458 V 26 – Matthiae Hungariae Regi
337 – 1458 V 26 – Michaeli Szilagyi Regni Hungariae Gubernatori
338 – 1458 V 28 – Venetiarum Duci
339 – 1458 V (29 ?) – Classis Legato
*340 – 1458 VI 3 – Michaeli Borgia*
341 – 1458 VI 8 – Marino de Fregenis
*342 – 1458 VI 8 – Tribus depositariis non nominatis*
343 – 1458 VI 15 – Fr. Francisco de Carbonibus
344 – 1458 VI 28 – Fr. Angelo de Vulsinio

ARM. XXXIX VOL. 8

## MEI DE VULTERRIS REGESTRUM CALISTI PAPAE III BREVIA

345 – 1457 VI 15 – Brixiensi Episcopo et Manfredino de Ferraris, in Venetiarum Dominio Collectori
346 – 1457 VI 16 – Antonio de Empolia, florentino canonico, in Tuscia collectori
347 – 1457 VI 22 – Iohanni Mozanica, totius Ordinis Minorum Generali Ministro
348 – 1457 VI 28 – Antonino Florentino et Iuliano Pisano Archiepiscopis
349 – 1457 VI 28 – Fr. Iohanni de Neapoli O. P. S. Theologiae Doctori
350 – 1457 VII 14 – Brixiensi Episcopo et Manfredino de Ferrariis
351 – 1457 VII 15 – Feltrini Episcopi Vicario Generali
352 – (1457) VII 18 – Ragusaeis
353 – 1457 VII 25 – Nicodemo Spinelli Venetiis florentino mercatori
354 – 1457 VII 25 – Iuliano Pisano Archiepiscopo
355 – 1457 VII 29 – Antonino Florentino Archiepiscopo
356 – 1457 IX 10 – Setiae Potestati, Officialibus et Communitati
357 – 1457 X 22 – Fr. Cherubino de Spoletio
358 – 1457 XII 22 – Iuliano Pisano Archiepiscopo
359 – 1458 I 23 – Lucensi Episcopo et Nicolao de Luca (?) O. P.
360 – 1458 V 17 – Iacobo Oliverij Provinciae Patrimonii Thesaurario
361 – 1458 V 29 – Carolo de Medicis, Camerae clerico, in Austria collectori
362 – (1458 ?) V 25 – Gratianopolitano Episcopo in sua dioecesi collectori
363 – Pii Papae II Mantuam versus iter.



ARM. XXXIX VOL. 9

## PII PAPAE II BREVIA

364 – (1458 X) – Carolo Francorum Regi
365 – 1458 X 24 – Imperii Electoribus
366 – (1458 X) – Constantiensi Cardinali
367 – (1458 X) – S. Angeli Cardinali
368 – (1458 X) – N. N. Episcopo
369 – 1459 I 25 – Alberto Brandeburgensi Marchioni
370 – 1459 I 26 – S. Angeli Cardinali
371 – 1459 I 26 – Imperatori
372 – 1459 I 26 – S. Angeli Cardinali
373 – 1459 I 26 – Argentinae, Basileensi, Constantiensi Communitatibus et Eistensi, Herbipolitano, Bambergensi Episcopis
374 – 1459 I 27 – Baptistae Brendae
375-6 – (1459 I-II) – Imperatoris Literae Electoribus missae
377 – 1459 I 27 – Vnecensi Episcopo, Iohanni Camerae Imperialis magistro et Henrico Kidreer Praeposto Frisingensi
378 – 1459 II 3 – Electo Turenensi
379 – 1459 II 3 – Iohanni Antonio de Ursinis Tarentino Principi
380 – 1459 II 9 – Romano Legato, S. Petri del Todesco Cardinali
381 – 1459 II 15 – Electo Turenensi
382 – 1459 II 17 – Legato (Carvajal ?)
383 – 1459 II 24 – Urbis Legato (similis Venetiarum Duci et Florentinis)
384 – 1459 II 25 – Baptistae Brendae
385 – 1459 II 26 – Imperatori
386 – 1459 II 27 – Mediolanensi Duci, Venetis et Florentinis
387 – 1459 II 27 – S. Angeli Cardinali
388 – 1459 II 27 – Baptistae Brendae
389 – (1459 II ?) – Henrico Castellae et Legeonis Regi
390 – 1459 II 28 – Siciliae Regi
391 – 1459 II 28 – Tarentino Principi
392 – 1459 II 28 – Imperatori
393 – 1459 III 5 – Siciliae Regi
394 – 1459 III 5 – Electo Thranensi
395 – 1459 III 5 – Frederico Urbinati et Iacobo Piccinino Comitibus
396 – 1459 III 18 – Siciliae Regi
397 – 1459 III 18 – Mediolanensi Duci
398 – 1459 III 23 – S. Angeli Cardinali,

399 – 1459 III 27 – S. Angeli Cardinali
400 – 1459 III 30 – Venetiarum Patriarchae
401 – 1459 IV 1 – Urbis Legato
402 – 1459 IV 2 – Imperatori
403 – 1459 IV 2 – S. Angeli Cardinali
404 – 1459 IV 2 – S. Angeli Cardinali
405 – 1459 IV 13 – Imperatori
406 – 1459 IV 14 – S. Angeli Cardinali
407 – 1459 IV 17 – Aragonum Regi
408 – 1359 IV 17 – Angliae Regi
409-10 – (1459 IV-V) – Principum et Baronum series
411 – 1459 IV 30 – Imperatori
*412 – 1459 V 3 – Burgundiae Duci*
413 – 1459 V 11 – Franciae Regi
414 – 1459 V 31 – Eistetensi Episcopo
415 – 1459 V 31 – Foroliviensi Protonotario in Germania Nuntio
416 – (1459 VI) – Augustensi Cardinali
*417 – 1459 VI 1 – Regibus Principibus et Communitatibus*
418 – (1459 VI 1) – Imperatori
419 – (1459 VI 2) Burcensi Episcopo
420 – 1459 VI 2 – Sabaudiae Duci
421 – 1459 VI 2 – Imperatori
422 – 1459 VI 2 – Salisburgensi Archiepiscopo
423 – 1459 VI 2 – Basileensi Communitati
424 – 1459 VI 2 – S. Angeli Cardinali
424 bis – 1459 VI 3 – Franciae Regi
425 – (1459) VI 5 – Bononiae Gubernatori
426 – (1459) VI 6 – Perusii Gubernatori
427 – (1459) VI 6 – Iohanni Malavolta
428 – 1459 VI 11 – S. Angeli Cardinali
429 – 1459 VI 11 – Imperatori
430 – (1459 VI 11 ?) – Venetis
431 – (1459 VI) – Ludovico Bavariae Duci
431 bis – 1459 VI 11 – S. Angeli Cardinali
432 – 1459 VI 12 – N. N.
433 – 1459 VI 13 – Stephano de Nardinis
434 – (1459 VI) – Hungarorum Regi
435 – 1459 VI 16 – Spirensi Episcopo
436 – 1459 VI 27 – Senensibus
437 – 1459 VII 6 – Stephano de Nardinis



438 – 1159 VII 6 – Imperatori
439 – 1459 VII 6 – Hungarorum Regi
440 – 1459 VII 6 – S. Angeli Cardinali
441 – 1459 VII 6 – Imperatori
442 – 1459 VII 8 – Interamnensi Episcopo
443 – (1459 VII ?) – Burgundiae Duci
*444 – 1459 VII 14 – Franciae Regi*
445 – 1459 VII 24 – Brandeburgensi Marchioni
446 – 1459 VII 25 – Stephano de Nardinis
447 – 1459 VII 28 – Florentinis
448 – 1459 VII 30 – S. Angeli Cardinali
449 – (1459 VII-VIII) – Sabaudiae Duci
450 – 1459 VIII 3 – Venetiarum Duci
451 – 1459 VIII 13 – Brandeburgensi Marchioni
452 – 1459 VIII 13 – Burcensi Episcopo
453 – 1459 VIII 19 – Bohemiae Regi
454 – 1459 VIII 19 – Florentinis
(1459 VIII) – Lucano Episcopo
1459 VIII 25 – Mediolanensi Duci
(1459 VIII) – Imperatori
1459 VIII 30 – Imperatori
1459 IX 2 – Anglorum Regi
(1459 IX) – Sabaudiae Duci
1459 IX 3 – Mediolanensi Duci
1459 IX 4 – Mutinae Duci
1459 IX 6 – Imperatori
455 – (1459 IX) – Franciae Regi
456 – 1459 IX 6 – Imperatori
*457 – 1459 IX 8 – S. Angeli Cardinali*
458 – (1459 IX 16 ?) – (Cretensi Archiepiscopo ?)
459 – (1459 IX) – Siciliae Regi
460 – 1459 X 16 – Caramaniae Principi
461 – 1459 XI 5 – S. Angeli Cardinali
462 – 1459 XI 29 – Mutinensi Duci
463 – (1459 XII ?) – Portugalliae Regi
464 – 1459 XII 10 – Gregorio de Lellis
465 – 1459 XII 12 – Franciae Regi
466 – 1459 XII 22 – N. N.
467 – 1459 XII 29 – Diaetae conclusiva capitula
468 – (1459 XII) – Imperatori

469 – 1460 I 8 – Bohemiae Regi Georgio
470 – 1460 I 10 – Interamnensi Episcopo
471 – (1460 I) – S. Angeli Cardinali
472 – 1460 I 12 – Imperatori
473 – 1460 I 13 – Nicaeno Cardinali
474 – 1460 I 18 – S. Angeli Cardinali
475 – 1460 I 18 – Hungarorum Regi
476 – 1460 I 24 – Hungariae Praelatis Baronibus et Nobilibus
477 – 1460 II 20 – S. Angeli Cardinali
478 – (1460 III) – Imperatori
479 – (1460 III) – Nicaeno Cardinali
480 – 1460 III 12 – S. Angeli Cardinali
481 – 1460 III 30 – Urbis Conservatoribus
482 – 1460 IV 1 – Mutinensi Duci
483 – 1460 IV 25 – S. Angeli Cardinali
484 – (1460 IV) – Imperatori
485 – (1460 IV) – Imperatori
486 – (1460 IV 3 ?) – Ursino Comiti
487 – (1460 IV) – Marchiae Legato
488 – (1460 V) – Domino Antonio [Piccolomini ?]
489 – (1460 V) – Hungarorum Regi
490 – (1460) V 5 – Niceano Cardinali
491 – 1460 V 15 – Niceano Cardinali
492 – 1460 VI 4 – Veronensi Episcopo
493 – 1460 VI 13 – Nicaeno Cardinali
*494 – (1460) VI 18 – Ferdinando Siciliae Regi*
*495 – (1460) VI 29 – Scanderbego*
496 – 1460 VII 8 – Germaniae Principibus
497 – 1460 VII 10 – Nicaeno Cardinali
498 – 1460 VII 26 – Ursino Comiti
499 – 1460 VII 27 – Marchiae Legato
500 – 1460 VII 31 – Nicaeno Cardinali
501 – 1460 VIII 11 – Mediolanensi Duci
502 – 1460 VIII 26 – Siciliae Regi
503 – (1460 VIII) – Nicaeno Cardinali
504 – (1460 VIII) – Nicaeno Cardinali
505 – (1460 VIII) – Ferdinando Regi
506 – (1460 VIII) – Mediolanensi Duci
507 – (1460 VIII) – Mediolanensi Duci
508 – (1460) VIII – Thranensi Cardinali



*509 – (1460) IX 16 – Nicaeno Cardinali*
510 – (1460) IX 20 – Antonio Castellano
511 – 1460 X 6 – Nicaeno Cardinali
512 – 1460 X 6 – Imperatori
*513 – (1460) XI 3 – Ferdinando Regi*
514 – 1460 XI 4 – Nicaeno Cardinali
515 – 1460 XI 24 – Mediolanensi Duci
516 – (1460 XI) – Antonio Venerio, in Castellae Regno Nuntio
517 – (1460 XI) – Imperatori
518 – (1460 XII ?) – Nicaeno Cardinali
519 – (1460) – N. N.
520 – (1460) – Cosmae cuidam (de Medicis ?)
*521 – 1461 I 14 – Ferdinando Siciliae Regi*
522 – 1461 III 31 – Alexandro Sfortiae
523 – 1461 IV 8 – Nicaeno Cardinali
524 – 1461 V 2 – S. Angeli Cardinali
525 – 1461 VII 6 – Cornetano Episcopo
526 – 1461 IX 5 – Venetiarum Duci

### ARM XXXIX VOL. 10

*527 – Pii Papae II in Turcas Cruciatae consilium*
*528 – Pii Papae II Sepulcralis Inscriptio*
529 – (1464 III 10) De crucesignatis Anchonam confluentibus
*530 – 1466 VI 16 – Quaedam Scanderbegi victoria*

### ARM. XXXIX VOL. 12

## PAULI PAPAE II BREVIA

531 – 1470 IX 17 – Christoforo Mauro Venetiarum Duci
532 – 1470 IX 18 – Senensibus
533 – (?) – Galeatio Mariae Mediolanensi Duci
*534 – 1470 X 3 – Iohanni Vaivodae Zarconi Comiti et Thadaeo fratribus*
535 – 1470 X 18 – Eduardo Angliae Regi
536 – 1470 X 18 – Carolo Burgundiae Duci
537 – 1471 I 11 – Ferrariensi Episcopo
538 – 1471 I 13 – Hungarorum Regi
539 – 1471 I 13 – Frederico Imperatori
540 – 1471 I 20 – Civitatis Rhodi Consilio Civibus et Habitatoribus
*541 – 1471 I 23 – Fr. Eugenio de Albania O. M.*
*542 – 1471 II 8 – Iohanni Balsichi in Albania Domino*

*543 – 1471 II 10 – Eidem*
544 – 1471 II 18 – Burgundiae Duci
545 – 1471 II 22 – Ferrariensi Episcopo
546 – 1471 II 23 – Eidem
547 – 1471 III (sine die) – Roberto de Aragona capitaneo
548 – 1471 III 12 – Magistro et Conventui S. Io. Ierosolymitani Hospitalis Rhodi Commorantibus
549 – 1471 IV 8 – Senensi Cardinali legato
550 – 1471 IV 18 – Ragusino Archiepiscopo
551 – 1471 VII 13 – Alberto Saxoniae Duci
552 – 1471 VII 20 – Senensi Cardinali Legato

ARM. XXXIX VOL. 10

553 – C. 1471 – Ignotus quidam Venetiarum Duci
554 – 1472 I 20 – Iohannes P. Arrivabenus ignoto cuidam
555 – (1472 I ?) – De quadam navi stipendio ducenda
556 – 1472 – Italicum Foedus
557 – (1473 ?) – De Hungarorum cum Turcis induciis suspicia
558 – 1475 VII 29 – Papiensis Cardinalis F. de Gonzaga Cardinali
*559 – (1475 ?) VIII 2 Mahumeti Iusiurandum*
560 – 1475 VIII 29 – Papiensis Cardinalis ignoto cuidam (?)
561 – 1476 VII 13 – Papiensis Cardinalis (?) Parmensi Episcopo
*562 – 1482 IV 27 – Ferdinandus Rex Xisto IV*

---

563 – (1453) Iter N. Pontificii Nuntii et eius colloquia.

# ACTA

## EX LIBRIS BREVIUM EXCERPTA

1

Episcopatuum Series

*F. 42 (22). Post* Italiae *seriem, datur* Sclavoniae, *in qua nullus episcopatus* albaniensis *apparet. In serie autem suffraganeorum Archiepiscopatus* Ragusini, *episcopus* Biduanensis, *alias* Bronanensis *habetur. Immediate sequitur series*: Antibarensis *Archiepiscopatus, cum sequentibus suffraganeis*: Dulcinensi, Suacinensi, Dinaserensi, *alias* Driuasetensi *vel* Driuasorensi *seu* Driualcrensi, Polatensi *et* Polacensi, Sardanensi, Scodrinensi, *alias* Scodunensi, Arbanensi, Scutarensi, *alias* Acutarensi; *postea series* Hungariae *sequitur.*

2

s.d. (inter 1328 et 1330).
*F. 210 (188).* Nicolaus [*V Antipapa*]. *Magno cum dolore audivit Pontifex aliquos suae salutis immemores,* Saracinorum *immani nationi, christianis adversae, auxilium ferre, et* Alexandriam *et ad alia* Aegypti *loca ferrum, equos, arma et alias merces mittere quibus* Saraceni *christianos oppugnant. Pontifex ergo, ad liberandam* Syriam *operam dans, lata sententia excommunicatos declarat omnes* Aegyptiis Saracenis *merces supradictas ferentes et quomodocumque illis auxilium dantes, qui ab excommunicatione absolvi nequeant nisi de bonis propriis exolverint quantum ad praedictas partes detulerint, et si ipsorum personae capi contingerit, in servitute et captura permaneant.*

3

(1342)
*F. 210 (188)*rv. Clemens [*VI*] *Pontifex, prohibitiones n° 2 descriptas et ibi comminatas poenas confirmans, reos in perpetuo infames et intestabiles esse statuit (verso). Testari aut legata vel eis testamento relicta percipere nequeant, ad successiones ex testamento aut ab intestato inhabiles reddantur; ad publica non admittantur officia; ab omni actu legitimo interdicti sint, et in festis diebus tamquam excommunicati et catholicae fidei hostes publice denuncientur et omnia eorum bona in fiscum devolvantur.*

## 4

(inter 1389 et 1404)

*F. 37 (17)*[v]. *Indulgentia auxilium contra* Turcas *dantibus concessa.* — *Bonifacius [IX] Pontifex vehementem et amaram querelam audivit contra* nefandam et horrendam, infidelium Turcarum *multitudinem quae nonnullas partes christianitatis invasit et incendiis et scelerum flamma eas demolitur. Exurgant Christi milites et athletae catholicae fidei ad eam defendendam. Ut* Turcarum *rabies extirpetur et excitetur fidelium devotio, Archiepiscopo* Maguntino *et eius suffraganeis cruciatam et indulgentias praedicare praecipit* (*f. 38 (18)* ). *De collectore quoque creando curat.*

## 5

(1417 inter iulium et novembrem) (¹)

*F. 50 (30)*[v].

Turca Constantinopolim *obsidente,* Martinus *Papa, alia christianorum vulnera praetermittens, ferendi auxilii causa* Venetorum *aliorumque opere,* Emanuelem *Imperatorem ad Ecclesiarum Unionem restaurandam hortatur.*

Martinus etc.

Carissimo in christo filio *Emanueli [II Palaeologo] Romanorum* Jmperatori Illustri Salutem et apostolicam etc. Jam pridem audiebamus Terribilem illum *Turchum* tuo minitantem Jmperio cum magnis copijs ex *Asia*, et (*cancellatum*) in *europam* beneficio mercenarie classis traiecisse, et quod modo magis multo nos angit nouissime significatum est nobis eundem terra et mari preualentem castris ante Vrbem *Constantinopolitanam* positis, et tuos grauissima obsidione constrictos intra menia contineri non sine summo tui status periculo et dedecore nominis christiani, que rerum nouitas nos commouit, ad commiserationem calamitatis tue. et animum nostrum intentum ad sananda quedam alia vulnera christiane rei publice versus Septentrionem et occidentem statim auertit ad *greciam* et ad tota pericula consideranda et etiam si qua via possimus, nostris et fidelium auxilijs repellenda, ob christiani nominis reuerentiam, quod vnum tibi est commune nobiscum atque ita continuo mandauimus dilectis filijs Magistro et fratribus hospitalis *sancti Johannis Jerusalimitani*, uel de *Rodo*, insula omnibus quibus possent opibus te iuuarent, posse enim eos aliquid cogitamus, et propter locorum vicinitatem et oportunitatem maris, debere autem eos scimus ex instituto religionis sue, contra perfidos abnegantes christum filium dei decertare. Et ut

(¹) *V. Arch. St. Ven.*, Secr. 6, cc. 155(154)rt, 161(160)t, 164(163)t-165-(164)t, 168(167)t-172(171)t, 180(179)t.



feruentius ea facere uelint que possunt et debent, ipsos mandatis nostris obstrinximus *venetos* insuper deuotos homines et potentes, qui etiam ipsa ualent celeritate succurrendi, propterea quod in *Adriati[ci]* maris sinu classem hoc tempore instructam habent ex consueta sue reipublice disciplina rogamus, ut tibi in hac necessitate prout ipsis videretur expediens subuenirent, nec paterentur illud Jmperium te sic oppresso, in potestate infidelium deuenire, Quod propter eorum singularem fidem, erga nos et ecclesiam dei, et propter eam quam exercent, erga omnes christianos, homines caritatem iam prompte fecisse et nostra rogamina preuenisse cognouimus Rogamus etiam de re simili *Januenses* et eorum nomine. Dominum Dilectum filium nobilem virum *filippum mariangulum*, Ducem *Mediolanensem* eosque monuimus Vt a *Turcarum* presidio reuocarent et auerterent quoscumque *Januenses* cum eorum Classe et stipendijs infidelium nauigantes, Sed ut aliquam tibi fili Carissime demonstremus veram et certam rationem defensionis et securitatis tue, non ad tempus exiguum implorande sed in perpetuum conseruande fac ut non videatur (videaris?) membrum abscissum ab ecclesia dei, et a reliquo corpore christianitatis, sed te non tantum nomine christiano, verum omni cultu fide, Religione, doctrina coniunge nobiscum, Nam ut acriorem illam disquisicionem legis, veritatisque diuine, qua teneris in presentiarum omittamus, que hijs literis explicanda non est, et descendamus ad rerum humanarum oportunitates, vnde tibi et filijs tuis, et Jmperio quod vix anxie custoditur ab oppressione (*f. 51 (31)*[r]) *Turchorum*, firmius et certius presidium parari potest, quam de romane gremio ecclesie matris tue et omnium christianorum, quantum enim putas nomen et imperium tuum venerabile et formidandum, magis apud eos ipsos hostes, fidei christiane esse futurum, si te senserint, cum reliqua christianitate esse coniunctum, cum qua tota, si te unum inuaserint, sibi esse pugnandum existimabunt, qui nunc Jmperium tuum, velud vilissimam et postremam partem a catholicis derelictam, et eorum obiectam faucibus assiduis, vexacionibus et contumelijs inquietant, quantum etiam tibi alacriore studio et voluntate succurreret *latina* christianitas si non alienos, a catholice fidei disciplina, sed se veros fratres defendere cogitaret, Cum modo sint qui, ut, tibi verum fateamur, omnino negent succurrendum esse scismaticis, quos inquiunt, malle ab infidelibus, hec perpetua prelia pati, quam se cum fratribus, vna fide et voluntate coniungere, Quod si tibi et tuis aliquando, deus omnipotens hoc salutare consilium inspirabit, vt de christiana religione nobiscum omnia concorditer sentiatis, et vni catholice ecclesie obediatis, preter sempiterna premia, que parata sunt beatis animabus in celo quanta inde statui tuo, et vniuerse *grecie* pre-

sidia, et ornamenta prouenient, Quare fili carissime, non est amplius hesitandum, nec tam sanctum propositum differendum, quod quam primum exequi te velle senserimus, delegare curabimus ad id munus, homines diuinarum rerum scientia peritissimos, et munitos sedis apostolice auctoritate, vt nichil ex parte nostra deficiat, quin te et tuos ad veritatis viam reducamus, et te Jmperatorem non *turcorum* ludibrio deditum sed cum gloria dominatorem videamus, vnum postremo tacere non volumus finem huius inueterati scismatis per tuam sapientiam et cognitionem catholice veritatis, sublato scismate quod pro Jure summi pontificatus, *latinam* vexabat ecclesiam, de tuis manibus expectamus, Et credimus deum omnipotentem, hanc tibi vni gloriam reservare, quod si nos et ecclesiam spes ista fefellerit, non videmus, a quo amplius homine sperare possimus Datur *Rome* etc. (III)

6

(1422)

*F. 51 (31).*

*Martinus Papa ut ulterius pax inter* Theodorum Moreae *Despotem et* Patracensem *Archiepiscopum composita firmetur instat.*

*Martinus etcetera*

Carissimo in christo filio *Emanueli Romanorum* Jmperatori Jllustri Salutem etc. Quamuis non dubitemus dilectum filium nostrum natum tuum excellentem Principem *Theodorum* despotum *moree*, et sua benignitate et nostris hortationibus seruaturum, eam pacem quam nuper fecit cum venerabili fratre nostro *Stephano* Archiepiscopo *Patracensi*, tamen cupimus ut ad hoc etiam tue serenitatis auctoritas intercedat, hoc enim superiori tempore, cum *patracensis* ecclesia, ab eodem tot bellicis cladibus vexaretur, dolebamus certe pro detrementis (*sic*) ecclesie, Sed etiam longe magis, quod, ea quieta, ab infidelibus et abnegantibus nomen christi, quibus finitima est tot mala susciperet, a principe christiano et filio tuo, Nunc vero gaudemus in domino, quod intelleximus eos certis pacis federibus conuenisse, que ut perpetua sint et ne quid in futurum a parte Archiepiscopi incontrarium attemptetur ei scripsimus atque precepimus, sub penis grandibus comminantes, ut nulli domino sive genti, bellum inferat, sine nostra speciali licentia ne propter hoc eius ecclesia, cuius nobis precipua cura est, lesionem aliquam patiatur Et prefatum filium tuum despotum caritatiue rogamus, ut, pacem uelit perpetuam (*verso*) conservare. Et si quid fieret per ipsum Archiepiscopum quod existimaret factum esse contra dignitatem suam, non continue bellum moueat ecclesie nociturum, sed nos nuncijs et literis



suis informet, statim pro eius indenitate et contra personam inferentis iniuriam sine ecclesie lesione prouisuros Tuam uero sublimitatem Jmperatoriam obsecramus ut eundem filium tuum, in sententiam nostram adducas, tuis preceptis et auctoritate, ut in regionibus illis que infidelibus sunt vicine, sese inuicem non oppugnent christiani, quos omnes deo fauente speramus temporibus nostris videre per manum tuam, in sincera vnione a recta religione coniunctos datum *Rome* etc. (III)

7

(1422)

*F. 86 (64-52)*

Ianinae *Despotem ut* Patracensi *Archiepiscopo adsistat Pontifex hortatur*

*Martinus*

[despoto de la *Janina* comendatoria (-) Dilecto filio Nobili viro Despoto [*Carolo I Tocco*] de la *Janina* Salutem etc. Cum ex debito summi, apostolatus officij, ad conseruacionem omnium prelatorum et ecclesiarum eisdem commissarum intendere et vigilare teneamur Precipue *patracensis* ecclesie nos cura solicitat que catholice ecclesie clarum lumen inter *grecos* existit, Et quia nobis constat quod nobilitas tua venerabili fratri nostro Archiepiscopo *Patracensi* et tranquillitati sue ecclesie memorate proficere multum potest, te affectuose requirimus et rogamus, ut ob nostram et sedis apostolice reuerentiam, eisdem tuos fauores exhibeas Et ipsos Archiepiscopum et ecclesiam, ab eorum aduersarijs, quantum potes, protegas et defendas, quod non minus nobis erit acceptum, quam si romane ecclesie illud idem officium beniuole subuentionis impenderes Datum *rome* etc.

8

(1422 ?)

*F. 137v*

Graeci *et* Albanienses *magis quam* Turcae Mothonensem *Ecclesiam vexant. Ipsam* Achaiae *Principi Pontifex commendat.*

Commendat ut restituantur ablata et uexatio cesset

Dilecto filio Nobili viro *Centurioni* [*Zachariae*] Principi *Achaie* Salutem. Sperabamus quod orientales ecclesie ad christi honorem et obsequium dedicate a nobis et *Romana* ecclesia commendate in earum laboribus et periculis, quibus continue subiacent propter *turcorum* vicinitatem, tuis et aliorum christianorum principum *grecie* presidijs conseruarj deberent atque defendi. Sed nuper accepimus quod *mothonensis*

ecclesia non minores vexaciones incommoda et detrimenta patitur a christianis *grecis* quam patitur a *turcis*, et quod nouiter *Albanenses* inuaserunt et per vim rapuerunt et occuparunt ac occupant de presenti maiorem partem prebendarum prefate *mothonensis* ecclesie bonis mobilibus asportatis cum grauissima iactura, et desolatione eorum locorum, et quod tu indent (*recte:* idem) at alij catholici christiani Jura ipsius ecclesie vsurpare non cessatis de quo plurimum admiramur atque dolemus, quia unde presidia sperabamus, sentimus offendi ecclesiam christianam, quod minime conuenit fidei et dignitati tue. Et propterea Nobilitatem tuam hortamur, quatenus ob Reuerentiam sancti nominis Jhesu christi, ab omni huiusmodi iniuria vexacione et vsurpacione desistas, immo venerabilem fratrem Episcopum *mothonensem* et eius ecclesiam et clericos ac subditos suos suscipiens commendatos ab aliorum iniurijs et vexacionibus, quantum potes, protegas, et coneris, si nostram et Romane ecclesie gratiam caram habes, vt ablata sibi bona restituantur, et in futurum possint in pace quiescere. Datum

**9**

(1422 ?)
*F. 137*[v]

Jn simili forma

Dilecto filio Nobili viro *Carolo* despote *Janine*. Salutem etc.

**10**

(1422 ?)
*F. 154 (132-120)*[v]

Graeci *et* Albanienses, Theodoro Porphyrogenito *suadente*, Mothonensi *Ecclesiae non minus quam ipsi* Turcae *adversantur*.

*Martinus*

Dilecto filio excellenti Principi *theodoro* porphiro genito despote *moree*. Salutem et apostolicam benedictionem.

Sperabamus quod orientales ecclesie ad christi honorem et obsequium dedicate, ac nobis et Romane ecclesie commendate in eorum laboribus et periculis quibus continue subiacent propter *turcorum* vicinitatem tuis et aliorum christianorum principum *grecie* presidijs conseruarj deberent atque defendi, propter reuerentiam nominis christiani, quod tibi et ipsis est comune nobiscum, licet sitis ab ecclesia *latina* disiuncti. Sed nuper accepimus quod *Mothonensis* ecclesia non minores vexaciones et incommoda et detrimenta patitur a christianis *grecis* quam paciatur a *turcis* et quod nouiter *Albanenses* cum gentibus tuis ad tui



instanciam inuaserunt, et per vim rapuerunt et occupauerunt ac occupant de presenti maiorem partem prebendarum prefate *Mothonensis* ecclesie, bonis mobilibus asportatis cum grauissima iactura et desolacione eorum locorum, de quo plurimum admiramur atque dolemus, quia unde presidia sperabamus sentimus offendi ecclesiam christianam, quod minime conuenit dignitati tue. Et propterea excellentiam tuam hortamur requirimus et rogamus, quatenus ob reuerentiam sancti nominis ihesu christi ab omni huiusmodi iniuria vexatione et usurpacione desistas, immo venerabilem fratrem nostrum *Mothonensem* Episcopum et eius ecclesiam et clericos et subditos suos suscipiens commendatos ab aliorum iniurijs et vexationibus, quantum potes protegas et defendas, sibique restituas et restitui facias dicta bona, quod si pie et recte feceris vt teneris causam dabis alijs potentibus christianis. vt erga te et tuam Jmperialem domum auxiliares manus porrigant contra *turcos* continuos hostes tuos et fidei christiane si viderint te et tuos (*f. 155*) pro conseruacione fidelium laborare. Quod si viderimus te et tuos scripta nóstra negligere et instare ad pernitiem ecclesie et christianorum nobis a domino commissorum pro ipsorum salute conabimus aliter prouidere. Datum etc.

**11**

(ante 1451)
*F. 36 (16). Indulgentia in* Turcas *profecturis.* — Castellanensi *Episcopo, Apostolicae Camerae fructuum et proventuum in partibus nonnullis debitorum collectori.*

*Cum immanissimi* Turcae, *nominis christiani perpetui hostes, continue progrediantur, ne christianitati maximum damnum inferant timendum est. Ut remedium afferatur, Pontifex ad duas galeas armandas* Venetiis, *in christianorum auxilium eum hortatur. Ad bellum profecturis, opemque ferentibus vere paenitentibus et peccata confessis, indulgentiam concedit.* Castellanensem *collectorem creat.*

**12**

s. d.
*F. 36 (16). In* Turcas *et* Mauros *profecturis indulgentia.* — *Domus* Sanctae Martae Ianuensis, *O. Humiliatorum, Praeposito.*

*Cum* Mauri *et alii infideles* Africae *oram incolentes, cum eorum navigiis christianos continue impetant, et eos in servitutem adducant diversisque paenis affligant ac eorum res navesque diripiant,* (*verso*) *laetatur Pontifex quod* Ianuensium *Dux et Civitas proximo vere nonnullas galeas sufficienter armaturi et in* Mauros *aliosque infideles missuri sint; et ad eximenda de eorum manibus loca per illos occupata pugnaturis aut quo-*

*modocumque auxilium daturis, indulgentiam concedit.* Sanctae Martae *Praepositus cruciatae collector et praedicator creatur.*

## 13

s. d.
*F. 36 (16)*v.

Turcis *in christianos saevientibus, arma ad fidei defensionem arripientibus, indulgentia concedenda promulgatur.*

★ Alia indulgentia pro euntibus contra *turchas:* — * Venerabili fratri *Johanni* Archiepiscopo *Neopatrensi* apostolice sedis nuntio Salutem etc. Cogimur ex debita caritate qua cunctos christifideles cum omni sinceritate complectimur, amarissime dolere et dolorem nostrum in publicum deducere quod nouissimis diebus ad flagellum christianorum peccatis exigentibus seuiciam et multitudinem eorum infidelium et christiani nominis immanissimorum hostium quos uulgus *Turchos* appellat, insimul congregauit et armauit impietas, qui nomen christi inuocantium finitimas illis partes ut potentissima et uictoriosissima condam *Vngarie Dalmacie Croacie Bosne* et *Salaonie* (*recte: Sclauonie*) regna et principatum *Achaie*, ducatum *Athenarum* et alia nonnulla loca circumposita, rabie quadam inuadunt discerpunt, et prout eorum impietati (*f. 37 (17)*r) felicitas fauet, sibi subigunt, et illos miseros christianos qui eorum in manus incidunt aut crudelissime trucidant, aut exquisitis tormentorum generibus afficiunt uel abducunt in miseram seruitutem, et ad posse misere cogunt negare fidem christi et seruare profanos et detestabiles ritus eorum, que possunt, auaram rapiunt in predam, loca uero christianorum que quouis modo deuincunt, calamitosis conditionibus affligunt, ecclesias et sacras edes polluunt et plerasque diruunt, et quod nephandius est, uenerabile christi nomen uiribus totis conculcant, et nefarias eorum nequitias exigunt cum celebritate, ut sublata christi ueneratione in illis inuocetur nomen damnatissimi *Macometti.* horret animus talia reminisci. sed ad cumulum nostri grauissimi doloris accedit, quod tota christianitas, que in concordia posita, tot et maioribus malis salubriter posset occurrere aduersum semetipsam uel patenti uel paricidali ac plusquam ciuili bello furit et seuit, aut sic ubi forsan quiescere uideatur, pernitiosissimis pestibus, odijs uidelicet acerrimis et simultatibus pessimis confunditur et tabescit. propter quod cum ad retundendum furores hostium huiusmodi nonnulli alij modi ad hoc utiles ad presens uideantur, Nos quorum permaxime interest fideles protegere et roborare, hostes uero prefatos eorumque conatus reprimere ac elidere, et aliis in premissis salubriter prouidere, cum in his agatur causa dei



aduersus hostes huiusmodi eosdem in uirtute altissimi insurgere et ad prosecutionem talem, christifideles principes uidelicet proceres et magnates ac inferiores personas decreuimus excitare. Et eam ob rem, causam ipsam deuote prosequentes de thesauro sacrosancte romane ecclesie ac vniuersalis et pretiosi sanguinis domini nostri ihesu christi et apostolorum ac martirum quorum patrocinijs gloriamur ditari, et spiritualium gratiarum muneribus confouere cupientes, ut omnibus proficiat ad salutem, et eandem causam eo feruentius prosequantur, quo exinde maioris retributionis merita se spectauerint adepturos, de omnipotentis dei misericordia et beatorum petri et pauli apostolorum cuius auctoritate confisi, omnibus uere penitentibus et confessis qui contra predictos hostes in personis et sumptibus proprijs, alienis tamen expensi[s] in prosecutione tam pii operis per tempus de quo tibi expedire uidebitur, laborarint tam clericis quam laicis, et his insuper qui suis dumtaxat expensis iuxta suarum exigentiam facultatum destinabunt, seu ad id a te deputandis sufficientia subsidia ministrabunt, ut pro eis destinari possint persone ad ipsam prosecutionem idonee per dictum tempus morature et laborature ibidem ecclesie uidelicet sequendo uexillum, illam concedimus indulgentiam et ueniam peccatorum, que concedi per sedem apostolicam proficiscentibus in *terre sancte* subsidium consueuit et in retributione iustorum salutis eterne pollicemur augmentum, eos autem qui non per integrum tempus huiusmodi, sed per ipsius temporis partem in huiusmodi dei seruitio laborabunt, iuxta quantitatem laboris et deuotionis affectum participes esse uolumus indulgentie memorate. Quod si forsan eorum aliquis post iter arreptum in prosecutione dicti negotij ab hac luce migrare contingerit, uel (*recte:* nec) interim negotium ipsum congrua terminatione compleri, eos integre participes esse uolumus indulgentie supradicte. huiusmodi etiam indulgentie uolumus esse participes iuxta quantitatem subsidi[i] et deuotionis affectum, omnes qui ad prosecutionem cause predicte de bonis suis huiusmodi a te deputatis cum orationum frequentia ministrabunt. Cum autem te qui et ordinis fratrum *predicatorum* professor existis, pro certis arduis negotijs ad predicta *dalmacie Croacie Bosne* et *saluonie* (*recte: sclauonie*) regna presentialiter destinemus, fraternitatem tuam attente requirimus et monemus tibi nichilominus districte precipiendo mandantes, quatenus per te uel alios ad hoc idoneos in ecclesijs et locis in ei[s]dem *Dalmacie Croacie Bosne* et *Saluonie* (*recte: Sclauonie*) regnis consistentibus de quibus fiet prout tibi uidebitur, diebus dominicis et festiuis premissa solemniter publicando et exponendo, ac per alios quos ad hoc deputaueris publicari et exponi faciendo, ut melius et clarius intelligatur, ab

omnibus etiam in uulgari proceres et magnates et personas supradictas at alios christifideles instantius et efficacius per uerbum predicationis et alias prout expediens fuerit inducere studeas ut suscipientes cum reuerentia per manus tuas uel aliorum per te ad hoc deputatorum uenerabile signum crucis illudque suis humeris et cordibus affigentes ad prosequendum huiusmodi causam dei et fidei uiriliter se accingant. Nos insuper te eorum que pro subsidio cause huiusmodi fuerint quomodolibet erogata, Collectorem harum serie deputamus. Volumus autem quod illa que propterea quomodolibet recepta fuerint ad usum prosecutionis huiusmodi integre et fideliter conuertantur, presentibus post decennium etc. Datum etc.

## 14

1454 III 9
*F. 8 (6).* Venetiarum *Duci.*

*Pontifex suas galeas, quibus praeerat* Jacobus Ragusinus *Archiepiscopus,* Iacobo *aegrotante, rediisse ad* Histriae *oras dolet. Per semestrem a classe* veneta *non separentur, huiusque capitaneo pareant. Simul Pontifex XIV milia ducatorum pro quattuor mensium expensis et ante quattuor mensium finem alia VII milia pro duorum mensium mittet.*

## 15

1454 III 21
*F. 8 (6).* Gaspari, Marchiae *Camerae notario.*

*Pontifex florenos largos M et alios DC, quos ex* Iudaeis *pro subsidio ad classem contra* Turcas *parandam imposito acceperat, at alios MCCXIII, Pontificio depositario* Roberto Marcello *solutos, se recepisse testatur.*

## 16

1454 III 29
*F. 8 (6)v.* Galeotto Franciotto, lucensi *mercatori.*
*Per manus* Nelli de Bono, *familiaris sui, Pontifex auri florenos de Camera CLXXX, ex decimarum impositione pro classe contra* Turcas *armanda, se recepisse fatetur.*

## 17

s. d.
*F. 28.*

Iohannes de Hunyade *suis magnis exigentibus meritis, quamquam* Roma *absens aurea rosa decoratur.*



Secreta. (*alia manu:*) *fontana san.* Pag.

Dilecto filio nobili viro *Iohanni de Hunyad* Regni *vngarie* Gubernatorj. Salutem etc Seruauit hucusque Romanorum pontificum Laudabilis consuetudo, ut Rosam auream Quadragesime tempore in ea dominica die qua letare Jerusalem in ecclesia Cantatur, alicui donetur ex astantibus excellenti et egregio Virtutibus viro si adfuit talis, cuius merita erga nos et Romanam ecclesiam ac fidem catholicam extent ut et gratitudo Romane ecclesie erga benemeritos ostendatur et ceterj ad deuotionem et virtutum opera excitentur eorum exemplo, quibus traditur in tamquam (*duo verba cancellata*) in testimonium benemeritorum, tam eximium virtutis insigne. Verum cum aliquando accidat, ut alicuius egregij principis ita reluceant pre ceteris fama et merita, ut ad eum honorandum pontificis prudentia merito moueatur, et (*cancellatum?*) quod presenti concedj consueuit ad absentem suis exigentibus meritis destinetur. Considerantes igitur preclara opera et insignem tue virtutis gloriam atque animo aduertentes, te veluti scutum fidei firmissimum iamdiu extitisse aduersus perfidiam *Theucrorum,* quos varijs prelijs confractos sepius commissa acie superasti continuoque in christifidelium aduersus illorum conatus defensione et tutela versaris pensitantes quoque tuam singularem erga nos et Romanam ecclesiam deuotionem tuam personam ex multis elegimus quam huius doni munificentia decoraremus ut plane per illud, nostram in te caritatem et beniuolentiam recognoscas. atque animus tuus hanc rosam tamquam firmam basim tue deuotionis, et fidei habens, magis in die firmetur et proficiat in actionibus virtuosis et exinde acceptior domino fias altissimo. Mittimus uero illam ad tuam magnificentiam per dilectum filium *Rosellum de Rosellis* Legum doctorem Camere apostolice clericum Cappellanum et oratorem nostrum quem (*verbum cancellatum quod non legitur*) pro nonnullis nostris et *Romane* ecclesie negotijs *vngarie* Regum ac etiam (*5 verba cancellata*) ad Carissimum in christo filium nostrum Carissimum Regem *polonie* Jllustrem Oratorem nostrum destinamus, per grato animo suscipias tamquam signum et testem nostre in te beniuolentie et precipue caritatis. Nos quidem certi reddimur quod altissimo cooperante ex huiusmodi rose stipite per culturam tue deuotionis et fidei exibit germen producens laudabiles fructus acceptos nobis et gratos deo in odorem suauitatis Datum *Rome* ad (*3 verba cancellata*) prefato autem *Rosello* comisimus nonnulla referenda tibi quibus (*cancellatum*) cuius uerbis adhibeas plenam fidem. Datum curreri (*a* prefato autem *usque ad finem alia manu scriptum apparet*).

ARCH. VAT. ARM. XXXIX VOL. 7

## CALISTI PAPAE III LIBER BREVIUM

**18**

(1456 V 4)

*F. 12v. S. Aug. Fr. Praedicatoribus.*

*Omni alio argumento postposito, eorum praedicatio de cruciata fiat.*

**19**

(1456 V ?)

*F. 28.* Ianuensibus.

*Pontifex eorum solicitudinem in classe paranda laudat. Mense maio durante 10 galeae Legato parabuntur, 16 alias habet* Tarraconensis *Archiepiscopus, aliae iam paratae sunt in* Anconae *portu et pecunia ad eas expediendas quaeritur. Quod balistarios ad* Lesbi *et* Lemni *defensionem et frumentum populo* Giaffae *miserint laudat. Magnus* Rhodi Magister Turcas *ab Archiepiscopi classe et a Legati classis imminenti adventu territos nunciat.*

**20**

(1456 VI 1)

*F. 38. Magistro* Iohanni Soler.

*Pontifex de pace cum* Iacobo Piccinino *conclusa laetatur.* Neapolim *Legati classem ad accipiendas 15 galeas ab* Alphonso *Rege promissas mittit. Promulgatur de supplicationibus in tota christianitate instituendis bulla pro classe cuius* Ludovicus *tituli* S. Laurentii in Damaso *cardinalis Legatus est. Ipse post acceptas regias galeas proficiscetur ut* Turcarum *oras invadat.*

**21**

(1456 VII 4)

*F. 11v.* Alano (Coetivy), *tituli* S. Prassedis *cardinali,* Avenionensi *Episcopo, apostolico in* Francia *Legato.*

*Pontifex nihil facere aut cogitare potest nisi cruciatam; instet* Alanus *apud Regem et Principes ut auxilium* Hungaris *ferant. Curet non solum decimas sed etiam cruciatae praedicationem et oblationes spontaneas. Pontifex magna pecuniae indigentia laborat.*



**22**

(1456 VII)

*F. 4.* Frederico *Imperatori.*

*Pontifex eum ad bellum contra* Turcas *qui* Hungariam *invadere moliuntur hortatur. Ipse classem* Constantinopolim *versus diversionis faciendae causa misit, suam pecuniam expendendo et praetiosa quaeque vendendo.*

**23**

(1456 VII)

*F. 4v.* Carolo Franciae *Regi.*

*Eius auxilium contra* Turcas *qui* Danubio *superato* Hungariam *oppugnant praestolatur. Ipse magnis expensis iam classem contra eos misit.*

**24**

(1456 VII)

*F. 5.* Alphonso Aragonum *et* Siciliae *Regi.*

Turcae *contra* Hungariam *et totam christianitatem properant. Rex suum auxilium praestet classi pontificiae galeas iam promissas socians.*

**25**

(1456 VII)

*F. 6.* Iohanni Soler, *misso pontificio.*

Turca Hungariam *petente, excitet* Aragonum *Regem ut classi auxilium ferat.*

**26**

(1456 VII)

*F. 6.* Aragonum *Regi.*

Franciae *Regem militum delectum permittere et alios potentes principes ad fidei defensionem paratos esse nuntiat. Pontifex hanc ob causam vitam dare paratus est.* Eldensis *Rex* Machometem II Hungariam *invasurum nuntiat, et se ipsum ad fidem defendendam paratum profitetur.* Aragonum *Rex 15 triremes promissas mittat.*

**27**

(1456 VII)

*F. 7. Infanti* Henrico, Nicensi *Duci.*

*Eum ad cruciatam se disponentem laudat. Iam pontificia classis magnis expensis iter aggressit. Pontifex se captivum dare pro fide si opus esset non recusaret.*

**28**

(1456 VII)

*F. 7ᵛ. Infanti* Fernando, Besiensi *Duci.*

*Simile.*

**29**

(1456 VII)

*F. 7ᵛ.* Petro Britanniae *Duci.*

*Necessitas resistendi,* Turcis Hungariam, *christianitatis clipeum, invadentibus, urget. Magnis expensis classis pontificia hostem distinet. Auxilium praestet Dux sine mora et cruciatae promulgandae faveat.*

**30**

(1456 VII)

*F. 8.* Ludovico Sabaudiae *Duci.*

*Simile.*

**31**

(1456 VII)

*F. 8.* Alberto Austriae *Archiduci.*

*Simile.*

**32**

(1456 VII)

*F. 8. Communitati* Florentinae.

*Praesens auxilium contra* Turcas *petit. Ipse magnis exspensis classem distinendi hostis causa misit.*

**33**

(1456 VII)

*F. 8ᵛ.* [Iohanni Castiglione] Papiensi *Episcopo, in* Germania *nuntio.*

Turcis Hungariam *petentibus, Legatus maximam spem in* Frederici *Imperatoris et aliorum principum exercitu statuit. Nuntius omnes incitet missa iam a Pontifice classe, cui* neapolitana *classis suppetias ferre iam vocatur. Ei* Iohannem Catalan, *suum familiarem et commissarium, ad pecuniam pro* Hungariae *Legato colligendam mittit.*

**34**

(1456 VII)

*F. 19ᵛ. Fr.* Iohanni de Capistrano.

*Omnes gratias et facultates pro eius mirabili praedicatione concessas confirmat.*



**35**

(1456 VII)

*F. 20ᵛ.* [Iohanni Soler?].

Alphonsus Aragonensis *bene affectus est. Legatus* Neapolim *ad 15 triremes promissas accipiendas appulit.*

**36**

(1456 VII)

*F. 9.* Iacobo Perpignan, *oratori suo.*

*De pecuniae pro classe penuria. Pontifex per* Iohannem Darenys *ei 5milia ducatorum mittit et alias magnas pecuniae summas* Geraldo de Castellvert *nepoti committit. Legatus cum classe sine mora* Neapoli *proficiscatur;* Hungari *enim se derelictos putant et acriter recriminantur.*

**37**

(1456 VII)

*F. 10. Eidem* Perpignan.

*Classis Legatus sine mora proficiscatur; in* Sicilia Tarraconensis *Archiepiscopi galeas inveniet.*

**38**

(1456 VII)

*F. 33. Cardinali* (Trevisan) *classis Legato.*

*Gravia nuntia ex* Hungaria *perveniunt. Statim cum suis regiisque galeis proficiscatur; in* Sicilia Tarraconensis *Archiepiscopi galeas, pecuniam et alia necessaria inveniet. Pontifex christianitatis periculum luget.*

**39**

(1456 VII)

*F. 33ᵛ.* Iacobo Perpignan, *oratori suo.*

*Iterum instat ut Legatus etiam sine Regiis galeis solvat; praesens enim est periculum; in* Sicilia *Archiepiscopi galeae et aliae accedent.*

**40**

(1456 VII)

*F. 42.* Iacobo (Girad) Barcinonensi *Episcopo.*

*De eius missione in* Catalauniam.

**41**

(1456 VII)

*F. 19ᵛ.* Iohanni de Capistrano.

*Ad Pontificem* [turca] *puerulus a* Iohanne *missus pervenit. Pontifex nonnulla* Iohanni Hunyadi *dicenda franciscali cuidam committit, cui* Hunyas, Capistranensi *auctore, fidem praestet.*

42

(1456 VII)

*F. 10*[v]. Sancti Angeli *Cardinali.*

*Periculi per* Turcas *invalescentis nuntium Pontifex Imperatori et* Germaniae *Principibus misit, ut* Ladislaum Hungariae *Regem adiuvent. Pontificia classis, die ultima maii* Neapolim *versus iam solvit Orientem petitura. Nuncia de* Turcarum *progressibus omnibus principibus misit. Omnia quaeque potuit, pecuniae colligendae causa vendidit.*

43

(1456 VII 9)

*F. 24*[v]. Ludovico *tituli* S. Laurentii in Damaso *cardinali, Camerario,* Aquileiae *Patriarchae, pontificiae classis Legato a latere.*

*Facultates ei dantur convocandi, removendi, substituendi* Tarraconensem *Archiepiscopum, capitaneum generalem,* Antonium Olzinam, *ducem stipendiarium, et quemcumque alium ducem vel officialem.*

44

(1456 VII)

*F. 37. Magistro* Montesit.

*Curet ut classis Legatus* Neapoli *solvat.*

45

(1456 VII)

*F. 37.* Johanni Copons.

*Eum quod nondum solverit redarguit.*

46

(1456 VII)

*F. 37. Classis Legato.*

*Regem iterum XV galeas,* Villamarina *duce, promisisse, Legatum vero etiam solum solvere paratum esse laetatur. Pecunia non deerit.*

47

(1456 VIII 5)

*F. 27.* Hebraeis *in* Patrimonio Pontificio *commorantibus.*

*Subsidium pro cruciata conferre promptos laudat. Videant utrum non 1200 sed 2000 ducatorum dare possint.*

48

1456 VIII 6

*F. 32*[v]. Bernardo de Medicis.

*Pro classis necessitatibus apud* Florentinos *et* Cosmam de Medicis *Pontifex spem positam habet.*



49

1456 VIII 6

*F. 25*[v]. Iohanni Soler.

*Ostendens Legati apud* Hungaros *Litteras,* Neapolitano *Regi praesentis auxilii necessitatem* Hungariae *ferendi exponat.*

50

1456 VIII 6

*F. 32*[v]. Bononiae *Gubernatori.*

*Pecuniam de vini vectigali mittat; supplicationum bullam* Bononiae *et* Ferrariae *promulget.*

51

1456 VIII 7

*F. 26.* Tudertinis *Prioribus.*

*Urgentibus classis necessitatibus, Pontifex omnia, etiam mitras vendidit.*

52

(1456 VIII)

*F. 14*[v]. Papiensi *Episcopo.*

*Iterum iterumque apud* Fredericum *Imperatorem et Principes instet.*

53

(1456 VIII)

*F. 14*[v]. Ludovico Gacet *Ord. Cart. pontificio commissario.*

*De collectoria.*

54

(1456 VIII)

*F. 15.* Fernando Portugalliae *Infanti.*

*Pontifex impatienter eius adventum cum classe et exercitu expectat, Orientali Ecclesia pariter praestolante.*

55

(1456 VIII)

*F. 15.* Pedro de Aviz Portugalliae *Regis avunculo.*

*Simile.*

56

(1456 VIII)

*F. 15ᵛ.* Florentinis.

*Hortatur eos ut auxilium cruciatae* Portugalliensibus *promissum opere afferant.*

57

(1456 VIII)

*F. 16.* Senensibus.

*Simile.*

58

(1456 VIII)

*F. 16.* Avinionensi Cardinali.

*De collectoria.*

59

(1456 VIII)

*F. 16. Eidem.*

*Ad novam classem struendam* Ludovicus Cescases Massiliae *portum offert, quod Pontifex in Ecclesiae territorio tantum fieri posse putat.*

60

(1456 VIII)

*F. 16ᵛ.* Aloisio Delphino.

*Eius bonam voluntatem circa bellum in* Turcas *laudat et concordiam cum eius patre, ad bellum praedictum necessariam commendat.*

61

(1456 VIII)

*F. 17.* Franciae *Regi.*

*Pontifex pro eius pace cum* Delphino *et cum* Anglis *aget; eum vicissim auxilium pro decimarum exactione daturum expectat.*

62

(1456 VIII)

*F. 17.* (Philippo) Burgundiae *Duci.*

*Ad cruciatam iam paratur* Alphonsus Portugalliae *Res. Ducem bene esse dispositum Pontifex novit; decimis colligendis et bullae cruciatae promulgandae Dux suffragetur.*



63

(1456 VIII)

*F. 50ᵛ.* Antonio Ferrarii, *in* Burgundia *commissario.*

*De collectoria.* Cartusienses *quoque ad cruciatam adlaborent;* (Iohannes Gaufridi) Atrebatensis *Archiepiscopus bullam supplicationum promulget.*

64

(1456 VIII)

*F. 17ᵛ.* Sabaudiae *Duci.*

*Ab eo licentiam pro lignorum transitu ad alteram classem struendam petit; bonam eius dispositionem erga decimas et alia subsidia laudat.*

65

1456 VIII 18

*F. 29ᵛ. Classis Legato.*

Iohanni de Capistrano *suae classis caravellam cum stipendio det.*

66

1456 VIII 18

*F. 34. Classis Legato.*

*Pontifex de eius voluntate Orientem versus solvendi laetatur; plena victoria de* Turcis *iam semel profligatis sequetur. Bulla contra* Tarraconensem *Archiepiscopum et* Antonium Olzinam *missa est, qui tamen postquam a se spoliatis satisfecerint, in gratiam pristinam redire poterunt.*

67

(1456 VIII)

*F. 30. Classis Legato.*

*Ei* Berengarium Vilam, *rationis scribam mittit.*

68

(1456 VIII)

*F. 45.* (Berengario Vilae, *in classe rationum scribae*).

*Si classis Legatus, quacumque de causa postquam ad eum* Iohannes Copons *et* Iohannes Alcaniz *thesaurarius cum ipso* Vila *pecuniam ferentes pervenerint a* Sicilia *non solverit,* Vila, Copons *audito, patronos galearum ut proficiscantur* Constantinopolim *versus, sub poena proditionis adigat; classis capitaneus ab eis eligatur. Quicumque solvere recusaverit excommunicetur; bullam contra* Tarraconensem *et* Olzinam *executioni mandet.*

**69**

(1456 VIII)

*F. 13.* Iacobo Perpignan, *oratori suo.*

Vilae *sociorumque adventum ad classem ei significat.*

**70**

(1456 VIII)

*F. 13v.* Iohanni Soler.

*Pontifex Legatum* Siciliam *versus iam navigasse, Orientem petiturum laetatur; pecuniam et alia necessaria ei misit. Fidem non multam* Vilatortae *mercatori praestet.*

**71**

(1456 VIII)

*F. 14.* Michaeli Isalguer *in* Sicilia *collectori.*

*Cum classis in* Sicilia *appulerit vectigalia suppeditet et ab* Alphonso *rege quae pro cruciata collecta sunt dari curet.*

**72**

(1456 VIII)

*F. 27v.* Ianuensibus.

*Pontifex pacem inter eos et* neapolitanum *Regem curabit ut ipsi suas galeas cum pontificia classe coniungere possint.*

**73**

(1456 VIII)

*F. 34v.* (Carvajal) *Cardinali, in* Hungaria *Legato.*

*Pontifex cruciatam non deserit; cardinali omnia a se apud principes et pro sua classe facta narrat.*

**74**

(1456 VIII)

*F. 25.* Dionisio (Szêchy), *tituli* S. Ciriaci in thermis *cardinali.*

*Pontifex epistulis* Iohannis Hunyad *de victoria, cuius meritum Legato quoque tribuendum, valde laetatur. Pro classe iam 150 milia ducatorum se expendisse asserit.*

**75**

(1456 VIII)

*F. 43v.* Carvajal.

*De victoria ei gratulatur; victoriae prosecutionem curet. Pontifex principibus omnibus scribit; Cardinalis ipse supplicationum bullam promulget.*



**76**

1456 VIII 24

*F. 31.* Venetiarum *Duci.*

*Ab eo de* Hungarica *victoria nuntium accepit; eum ut sibi conveniat ad liberandam* Constantinopolim, Europam, Asiam *et* Terramsanctam *hortatur.*

**77**

(1456 VIII)

*F. 18v. Pro bello* turcico *Legatis.*

*Pontifex de victoria* Nandor Albae *comparata die 23 iulii laetatur; apud principes victoriae prosecutionem usque ad plenam a* Turcis *liberationem curent.*

**78**

1456 XI 1

*F. 42v.* Iohanni de Capistrano.

*Eius Pontifex merita novit in victoria contra* Turcas, *ei gratias agit eumque hortatur ut omnes ad victoriae prosecutionem incitet. Pontifex quotidie christianitati universae ad hoc epistulas mittit.*

**79**

(1456 IX)

*F. 22.* Francisco Foscari, Venetiarum *duci.*

*Victoriae usque ad* Constantinopolis, Terrae Sanctae *et* Asiae *liberationem instandum; quae collecta sunt in* venetis *dominiis pro cruciata et classe pontificia Pontifici mittat Dux; splendidam victoriam supplicationibus et solis civibus crucesignatis sine rege, cum uno solo milite, Dei athleta,* Iohanni Waivoda *comparatam monet.*

**80**

(1456 IX)

*F. 22v.* Carolo Franciae *Regi.*

*De victoria et de auxiliis cruciatae et classi ferendis.*

**81**

(1456 IX)

*F. 23v.* Florentinis.

*De victoria supplicationibus factis referenda iam audiverunt. Archiepiscopo supplicationum bullam mittit.*

## 82

(1456 IX)

*F. 26v*. Antonino Florentiae *Archiepiscopo*.

*Supplicationum bullam ei mittit; gratiae agantur Deo de victoria; curet ut* Florentini *cruciatae opem ferant.*

## 83

(1456 IX)

*F. 28v*. Alphonso (*V*) Portugalliae *Regi*.

*Iterum et iterum ut cruciatae praesto adsit instat. Magna fuit victoria; dimidius* Turcarum *exercitus protritus.*

## 84

(1456 IX)

*F. 29*. Iacobo Girad, barcinonensi *episcopo*.

*Principes hortetur ut post victoriam, liberandae* Constantinopolis, Europae, Asiae, *et* Terrae Sanctae *occasionem accipiant.*

## 85

(1456 IX)

*F. 29v*. Ianuensibus.

*Pontificia classis eorum colonias in Oriente proteget; Pontifex efficiet ut induciae eos inter et* neapolitanum *Regem protrahantur ita ut cruciatae et* Hungaris *auxilium ferre possint.*

## 86

(1456 IX)

*F. 30v*. Ragusaeis.

*Post victoriam paratam ipsi quoque galeas suas pontificiae classi coniungant.*

## 87

(1456 IX)

*F. 31v. Classis Legato.*

*Victoria praecibus debita, curis* S. Angeli *cardinalis et* Capistrani *virtuti, qui proelio cum crucesignatis interfuit. Nunc* Constantinopolis, Europa, Asia, *et* Terra Sancta *liberandae. Ei thesaurarium et scribam rationis pecuniam afferentes mittit.*



## 88

(1456 IX)

*F. 32*. Atrebatensi *Archiepiscopo* (Iohanni Gaufridi).

*Ab eo et eius Principe auxilia pro cruciata petit, post victoriam a* Iohanne Hunyade *et a militibus crucesignatis comparatam. Pontifex pro classe sustinenda etiam domesticam suppellectilem vendidit.*

## 89

(1456 IX)

*F. 46v*. Iohanni Soler, *oratori suo*.

Neapolitano *Regi in memoriam adducat victoriam rusticanos homines sola fide suffultos cum uno Dei athleta* Iohanne Vaivoda *contra potentissimum et munitissimum exercitum consecutos esse. Publicae indicantur supplicationes et Rex auxilium ferat.*

## 90

(1456 IX-X)

*F. 45v*. Philippo Burgundiae *duci*.

*De collectoria.*

## 91

(1456 X)

*F. 50v*. Carolo Franciae *Regi*.

*De collectoria.*

## 92

1456 X 8

*F. 51v*. Alano *cardinali*.

*De collectoria.*

## 93

(1456 X)

*F. 51*. Burgundiae (*et* Britanniae) *Ducibus*.

*De collectoria et supplicationibus.*

## 94

(1456 X)

*F. 46*. Ludovico Cescases, *oratori suo*.

*De collectoria in* Gallia, Sabaudia, Burgundia. *Reges et principes dormitant, clarissimus miles* Iohannes Vaivoda *mortuus est et «senex Papa fere solus portat pondus diei et aestus».*

95

(1456 X)

*F. 46v.* Alano *cardinali.*

*De obstaculis quae cruciatae decimisque colligendis in* Francia *opponuntur.*

96

(1456 X)

*F. 57.* Francisco de Carbonibus Romano *O.M. Obs.*

*De lignorum pro classe paranda evectione.*

97

1456 X 10

*F. 34v.* Urbini *Comiti* (Frederico de Montefeltro).

*De collectoria et de census solutione.*

98

1456 X 13

*F. 15v.* (Nicolao Cusano Brixi[n]ensi *Episcopo*).

*Legatione in* Anglia *non exercita, 1000 ducatos pro ipsa legatione habitos* S. Angeli *cardinali tradat, qui non secus ac Pontifex, magna pecuniae indigentia laborat.*

99

1456 X 13

*F. 50.* Petro Fuxiensi, *Cardinali,* Albanensi *Episcopo, apostolico* Avenione *Legato.*

*De collectoria et supplicationibus.*

100

1456 X 24

*F. 41v.* *Regio* Parisiensi *Parlamento.*

*De cruciatae et decimarum interceptione ab eodem facta.*

101

1456 X 26

*F. 41.* Carolo Franciae *Regi.*

*De difficultatibus quas cruciata in eius regno obvias habet, dum ad ipsam omnes christiani principes alacriter parantur.*



102

(1456 X)

*F. 39v.* Alphonso Portugalliae *Regi.*

*De eius proximo cum classe adventu.*

103

1456 X 28

*F. 49v.* Silvensi *Episcopo in* Portugallia *Nuntio.*

*De decimis* Alphonso *Regi concessis.*

104

(1456 X)

*F. 36v.* *Magistro* Gullielmo Pontio de Fonollet *notario et collectori pontificio.*

*De epistulis iam* Barcinonensi *Episcopo missis.*

105

(1456 X 28 ?)

*F. 52v.* Barcinonensi *Episcopo.*

*De mora ab eo interposita in decimis colligendis.*

106

1456 X 28

*F. 53.* Fonolleto.

Barcinonensem *Episcopum excitet vel substituat.*

107

1456 X 31

*F. 35v.* Petro Ximini *commissario et collectori in* Sardiniae *Regno.*

*De cruciata promulganda et decimis colligendis.*

108

1456 X 31

*F. 35v.* *Eidem.*

*Indulgentia 5 florenis pro cruciata dantibus iam concessa etiam pro tribus donetur.*

109

(1456 X)

*F. 20.* (Francisco Sfortiae) Mediolanensi *Duci.*

*De collectoria.*

**110**

(1456 XI)

*F. 20.* (Carolo Sfortiae) Mediolanensi *Archiepiscopo.*

*De collectoria.*

**111**

1456 XI 2

*F. 17ᵛ.* Papiensi *Episcopo.*

*Ut* Mediolanensis *Dux arma et milites cruciatae mittere possit, rebus eius apud Imperatorem et Electores lege et iure componendis operam det; pacem etiam curet inter Imperatorem et* Hungariae *Regem componendam. Dolet quod* Herbipolitanus *Episcopus pecuniam collectam tradere noluerit et insolenter pontificio misso responderit.*

**112**

(1456 XI)

*F. 53ᵛ.* Francisco Foscari Venetiarum *duci.*

*De 3 milibus ducatorum a Duce annuatim classis Legato promissis et mittendis.*

**113**

1456 XI 4

*F. 54.* Petro de Campofregoso, Januensi *Duci eiusque Senatui.*

*De eorum bona dispositione circa bellum contra Sultanum et de vexationibus a* Neapolitano *Rege in eos motis.*

**114**

(1456 XI)

*F. 44ᵛ.* (Barcinonensi ?) *Episcopo.*

*De* Caesaraugustanis *et* Dertusiensibus *canonicis decimae renitentibus.*

**115**

1456 XI 5

*F. 49.* Jacobo, Barcinonensi *Episcopo, Legato.*

*De decimarum collectione et cruciatae promulgatione ab eo non bene peractis.*

**116**

1456 XI 5 (?)

*F. 49ᵛ.* Fonollet *collectori.*

*De collectoria.*



**117**

1456 XI 6

*F. 56.* Carolo Franciae *Regi.*

*Pontifex classi suppeditandae laborat auxilioque eget;* Rhodiensibus *equitibus subsidia non pauca iam praestitit; non vacat ergo pro eis Regem subsidia Pontifici detrahere.*

**118**

(1456 XI 6)

*F. 55ᵛ.* Alano *Cardinali.*

*De eadem re.*

**119**

1456 XI 8)

*F. 43.* Alano *Cardinali.*

*Pontifex classem iam misit et aliam parat, sanguinem effundere paratus; mutuum contraxit 15milium ducatorum a telonio* Miraballi-Spannocchi *et 10milium a banco* de Pazis; Francisco Venier *commissario generali, pecuniam quam collegit consignet* Alanus.

**120**

1456 XI 8

*F. 43. Eidem.*

*De alio mutuo 7milium ducatorum cum* Petro *et* Iacobo de Pazis *contracto.*

**121**

1456 XI 8

*F. 44. Eidem.*

Petrum Perpignan *ei commendat, classis praefectum apud* Franciae *oras conficiendae.*

**122**

1456 XI 8

*F. 44.* Renato (I Andegavensi) Siciliae (*titulo*) *Regi.*

*Ut vectigalia et omnia necessaria pontificiis galeis suppeditet, hortatur.*

**123**

1456 XI 8

*F. 44.* Aurelianensi *Duci.*

*Eius in cruciatam bonum animum laudat.*

**124**

(1456 XI)

*F. 38ᵛ.* Francisco Coppino.

*De variis facultatibus ei datis ad cruciatam promulgandam et decimam colligendam.*

**125**

1456 XI 8

*F. 54. Fratrum Minorum* (Iacobo de Mozanica) *Ministro Generali, Collectori;* Francisco Coppino *Collectori et Nuntio Apostolico.*

*De collectoria.*

**126**

1456 XI 8

*F. 54ᵛ.* Avenionensi *Legato Cardinali et* Ludovico Cescases *Apostolico Oratori.*

*De expensis pro classe iuvanda. Rationem de pecuniis collectis et colligendis* Francisco Venier *Commissario Generali reddant.*

**127**

(1456 XI 8 ?)

*F. 55.* Casanovae *Abbati* Augustino, *Collectori.*

*Pontifex mutuum pro cruciata 7milium ducatorum apud* Franciscum de Pazis *contraxit.*

**128**

1456 XII 2

*F. 55ᵛ.* Francisco Coppino.

*De decimam detrectantibus in* mediolanensi *dioecesi.*

**129**

1456 XII 5

*F. 56. Fratri* Ludovico Costanz.

Simonem *et* Alphonsum Strovili *dominos strenue in* Turcas *pugnantes fr.* Ludovicus *exhortationibus in incepto opere perficiendo confirmet, dum magnae classis auxilium parat Pontifex.*

*Calistus* etc.

Dilecte fili Salutem etc. Accepimus literas tuas, et eas libenter legimus et intelleximus libentius que in eis continebantur de gestis in *albania* per dilectos filios Nobiles viros *Simonem* et *Alfonsum* dominos



de *Astrouileri.* Et que ipsi egerant, et que restabant agenda recte intelleximus. commendamus in primis diligentiam et prudentiam tuam in his scribendis Quod autem a nobis impresentiarum petant subsidium personarum Respondemus eis, quatenus impensis exhauste sunt facultates nostre, et in quibus speremus eisdem auxilium afferri officium tuum erit pro tua erga nos fide deuotione et affectione considerata hac necessitate in qua nunc pro expedicione alicuius classis proximo vere mittenda, valde laboramus principibus istarum partium pro tua solita prudentia taliter persuadere; ut incepta constanti et forti animo perseuerent narrare eis prouisiones quas in dies facimus tum in paranda classe: tum in colligendis decimis tum in cohortandis et sustentandi[s] mundi principibus: ut in hac tanta necessitate nobis succurrant: Et eos usque ad ver futurum bonis exhortationibus suavissimis suasionibus tuis manutenere in opere incepto perficiendo quod audaces sint pro fide christi pugnare qui nullum fidem (*recte:* fidelem) atletem suum irremuneratum abire sinit qui coronam brauij perseverantibus donat eternam qui ut ipsum sequeremur tanta pro nobis tormenta subire voluit Te autem pro laboribus tuis: tali prosequemur honore: ut te bene laborasse cognoscas Datum die XV decembris. MCCCCLvi. Pontificatus etc.

Fratri *Ludovico Constanç.*

**130**

1456 XII 5

*F. 56ᵛ.* Simoni *et* Alphonso Astrovileri.

Simoni *et* Alphonso *de* Strovili, *plurimum de eorum in* Turcas *virtute Pontifex gratulatur. Cum non multae ei opes sint, auxilia ex christianorum principum subsidiis pollicetur, proximo vere mittenda.*

*Calistus* etc

Dilecti filii Salutem etc. Intelleximus per literas dilecti filii fratris *Ludovici Constanç* ordinis *sancti Johannis Iherosolimjtani* ea que in partibus illis *Albanie* per Nobilitates vestras gesta fuerunt contra *Turcos* et que in futurum de facili fieri possint. si vobis presidium aliquod gentium per nos transmittatur. Que omnia quanto gaudio et leticia nos affecerint quantumque ex eis noster gestiat animus longum esset perscribere. deuotionem autem vestram diligentiam et magnanima ac laudabilia opera vestra pro fide christiana plurimum in domino commendamus Exhortamurque quantis possumus precibus et adhortationibus ut ad prosecutionem et perseuerantiam bonorum operum vestrorum que deo inspirante et fauente incepistis pergere non desinatis

quia non qui incepit, sed qui perseuerauerit coronabitur Et quamquam laboribus vestris ex facultatibus nostris satisfacere non valebimus paratus est ille immortalis et omnipotens deus, qui cuncta pugillo suo claudens nullum bonum irremuneratum abire sinit et mortalia iustis occult *(recte:* oculis*)* aspicit. Omnia que nos supplere nequerimus, ad defensionem augmentum et exaltationem passionis sue pro sua erga christifidelium genus clementia, suppleturus et administraturus est. Et utinam ita nobis suppeterent facultates quemadmodum paratum habemus animum et voluntatem ad defensionem et propagationem fidei ortodoxe Sed cum iam dudum innumerabiles subierimus impensas in emittenda et manutenenda classe iam dudum per nos ad fronterias *turcorum* emissa et maiores etiam nunc incumbant in perfectione preparationis ac munitione alterius classis quam magna cum festinatione construi facimus; ut eam ad defensionem christifidelium et exterminium infidelium vere proximo transmittamus Et per terram ad partes *hungarie* non parua transmiserimus pecuniarum presidia et maiora etiam polliciti sumus transmittere: nescimus quo recurrere, ad quem preces nostras porrigere. Unde auxilia petere, a quibus subsidium habere quod uobis impresentiarum transmittere possimus. Nisi vehementissime Nobilitates vestras exhortamur et rogamus, ut hoc paruo tempore constanter et animose in tam sancto opere perseueretis procedatis et continuetis in victoria quam cum auxilio domini consequi cepistis facultates nostre et ecclesie per se tenues et parue sunt Res hec opulentas opes exposcit Et cum sufficere non possemus, scripsimus ad omnes principes Christianorum ut sese exsuscitent sese parent et offerant ad succurendum tanto oneri et tam ample necessitati fidei Christiane Omnem autem opem auxilium fauorem et subsidium polliciti sunt jta quod uere futuro confidimus tantum congregasse subsidium, tum gentibus tum classibus. tum pecunia. tum alijs necessarijs rebus. ut facile non tantum *albania:* sed et *grecia* et *Turchia* et sancta *Hierusalem* a christianis recuperari possit vosque nobis data pinguiori facultate recommisas *(recte:* recommissos*)* viceraliter *(recte:* visceraliter?*)* habebimus. *(f. 57)* exhortamur vera *(recte: vero?)* igitur uos dilectissimi filij: ut hoc parum tempus pacienter et fortiter peragatis hostibus animose obsistatis Conatus illorum retardetis, donec subsidium nostrum et quidem robustissimum vere proximo vobis transmittetur. aut saltem a tanto hostium onere alleuiabimini. Nos vero jnterea dabimus operam ut classis nostra perficiatur: et ab alijs principibus presidium nobis transmittatur vt in partibus illis: et omnibus alijs Christianis pro exaltatione religionis nostre succurrere possimus: prout vehementer optamus et desideramus: Datum etc. die XV decembris MCCCCLVI Pontificatus nostri Anno Secundo: — Dilectis filijs nobilibus viris *Simoni* et *Alfonso* dominis de *Astrouileri*.



**131**

1456 XII 22

*F. 59ᵛ.* Iohanni Menenti *in* Portugalia *Collectori.*

*Annuas decimas* Portugalliae *Regi in* Turcas *ad bellicas expensas secundo concedit.*

**132**

1456 XII 22

*F. 59ᵛ. Eidem.*

*De nonnullis pecuniis Regi tribuendis.*

**133**

1456 XII 23

*F. 57ᵛ. Officiali cuidam pontificio in* Marca Patrimonii S. Petri.

*De pecunia cruciatae subtracta inculpatur.*

**134**

1456 XII 28

*F. 57.* Aretino *Episcopo.*

*Carceribus obstringatur* Leonardus sarsinatis *ecclesiae vicarius qui cum decimis a se collectis fugit.*

**135**

1456 XII 31

*F. 58.* S. Angeli *Cardinali.*

*Principes ad victoriae prosecutionem, inducia vero pacemque vitandas hortetur. Pontifex pro legatione ei annuatim 6milia ducatorum, in sua pecuniae penuria, mittet. Pontificia classis* Mitilenem Stalimenem *et* Tapsum *insulas occupavit.* Portugalliae *Rex de die in diem venturus exspectatur.*

**136**

1457 I 2

*F. 58ᵛ.* (Ladislao) Hungarorum *Regi.*

*Nullas cum* Turca *inducias faciat; pontificia classis tres insulas occupavit.*

**137**

1457 I 7

*F. 60.* Nydrosiensi *Archiepiscopo* (*O. P.*) (*In Germania Nuntio*).

*20 uno quoque mense ducatos ei assignat, eius sollertiam laudans qua* Germanos *ad bellum in* Turcas *incitat.*

**138**

1457 I 7

*F. 60*[v]. *Civitatis* Leodiensis *Tribus Ordinibus.*

*De bona erga cruciatam dispositione eos laudat.*

**139**

1457 I 11

*F. 60*[v]. Michaeli Isalguer (*in* Sicilia *collectori*).

*De decimis acriter exigendis.*

**140**

(1457 I)

*F. 61. Fr.* Mattheo, *fr.* Angelo *et Episcopo a Camerario misso.*

*De collectoria.*

**141**

(1457 I)

*F. 61. Collectoribus omnibus* (Neapolitani Regni?).

Iohanni Soler *rationem reddant.*

**142**

(1457 I)

*F. 61*[v]. *Episcopo* (*N. N.*).

*Rationem* Iohanni Soler *reddat et* Roman *ad sese excusandum veniat.*

**143**

(1457 I)

*F. 61*[v]. *Collectori cuidam* (*vel collectori cuicumque*) *in* Sicilia.

*Omnia collecta* Michaeli Isalguer *tradat.*

**144**

(1457 I)

*F. 61*[v]. Iohanni Soler.

*Notarios apostolicos duos creandi facultas ei datur.*



**145**

1457 I 27

*F. 66.* Coloniensi *Archiepiscopo et similiter* Maguntino *et* Trevirensi.

*De victoria apud* Nandor Albam *et de suis maximis conatibus contra* Turcas, *vendita etiam ad hoc mitra, Pontifex scribit; ab omnibus principibus auxilium petivit, sicut et ei petit.*

**146**

1457 I 28

*F. 63.* Ludovico Cescases *Nuntio Apostolico.*

*De collectoria. Quae in brevi praecedenti scripsit hic quoque significat.*

**147**

1457 I 30

*F. 63*[v]. Sabaudiae *Praelatis* (*singulatim*).

*Eis decimam detrectantibus de collectoria scribit.*

**148**

1457 I 30

*F. 67.* Mariano *canonico et* Vitto *rectori ecclesiae* S. Eliae antibarensis.

*A falso testimonio inscienter praestito absolvit.*

*Calistus* etc.

Dilecti fili Salutem etc. Supplicatum fuit nobis pro parte vestra quod pro salute anime vestre, vos a falso *(verso)* testimonio inscienter prestito absolvere de benignitate apostolica dignaremur: Cum parati sitis tribuere ad expeditionem sancte Cruciate. xij. ducatos aurj: vestris igitur precibus Inclinati a dicto testimonio Vos et quemlibet Vestrum auctoritate apostolica absoluimus satisfacto tamen prius per vos proximo aut leso.

Datum XXX Januarij Anno Secundo.

*Mariano* Canonico *Antibarensi* et *Vitto* Rectori ecclesie *santi Elie Antibarensis.*

**149**

1457 I 31

*F. 64.* Fonollet *collectori.*

*De impedimentis a* Barcinonensi *Episcopo collectoriae oppositis, post eius mortem detectis.*

**150**

1457 II 1

*F. 66*[v]. Fundano *Comiti* (Honorato Caietani).

*De oneraria navi ab eo constructa et cruciatae oblata gratias agit.*

**151**

1457 II 3

*F. 65v.* Fr. Mariano de Senis, *O.M.*.

*De cruciatae in* Dalmatia *praedicatione et de indulgentiis tres ducatos efferentibus concedendis; inhabiles cruciferi domum revertantur.*

**152**

1457 II 3

*F. 65. Senatui et* Ragusinae *Communitati.*

*Ad christianitatis defensionem hortatur.*

**153**

1457 II 5

*F. 67.* Ianuensi *Duci.*

*Salvumconductum pro navi, cruciatae a Comite* Honorato *data, petit.*

**154**

1457 II 13

*F. 67v. Fr.* Angelo de Volsinia *O.M.Obs.*

*Facultas absolvendi a peccatis in foro conscientiae in omnibus casibus in diocesibus reservatis ei datur.*

**155**

1457 II 14

*F 67v.* Mediolanensi *Duci.*

*Fr.* Robertum de Licio *verbi divini praeconem illustrem,* Lombardiam *petentem, ut cruciatam promulget, ei commendat.*

**156**

1457 II 14

*F. 67v-68.* Marchioni (Iohanni IV Palaeologo) Montisferrati.

*Simile.*

**157**

1457 II 14

*F. 68v.* (Carolo Sfortiae) Mediolanensi *Archiepiscopo.*

*Simile.*

**158**

1457 II 16

*F. 69.* Alano *Cardinali.*

*De collectoria in* Francia *et* Britannia, *de novae classis instructione et pecuniae indigentia.*



**159**

1457 II 26

*F. 70v.* G. P. de Fonollet.

*De collectoria. Pontifex naves ad crucesignatos inde vehendos non mittet, id enim regiae galeae facient.*

**160**

1457 II 28

*F. 75. Patriarchae classis Legato.*

*De victoria comparata laudat hortaturque ad prosecutionem, et ei galeatiam, alias triremes, pecuniam et vectigalia mittit. Nemo classem deserat.*

**161**

1457 III 10

*F. 62.* G. P. Fonollet.

*De collectoria et de rebus a classe gestis.*

**162**

1457 III 10

*F. 71.* Tomas Taqui *mercatori.*

*De vectigalibus pro classe parandis.*

**163**

1457 III 10

*F. 71v. Comiti* (Honorato Caietani).

*Simile.*

**164**

1457 III 10

*F. 72v. Classis Legato.*

Iohannem Despou *cum navi, frumento oleo et aliis vectigalibus onusta, ei mittit. Pontificis curis respondeat; nemo classem deserat.*

**165**

1457 III 10

*F. 73.* B. Vilae, *rationis scribae.*

*De galeatiae adventu, aliarum galearum, vectigalium et eorum distributione; expensarum rationem reddat.*

166

1457 III 15

*F. 75.* Cornetano *Episcopo,* Perusii *Gubernatori.*

*Pontifex res pro cruciata* Perusii *collectas requirit.*

167

1457 III 20

*F. 72.* Alphonso Aragonum *Regi.*

Iohannem Despou *vectigalium navim ducturum commendat.*

168

(1457 post III 20)

*F. 74.* Ianuensium *Duci, Communi et* S. Georgii *Societati.*

*Eorum salvusconductus pro* fundana *navi iam supervacaneus. De bello inter eos et* Neapolitanum *Regem dolet; pontificiae tamen classi decem galeas promissas mittant.*

169

1457 III 23

*F. 76.* S. Angeli *Cardinali.*

Anxio corde arrectisque auribus *nuntium de belli praeparatione expectat;* Hungaros *et* Germanos *ad victoriam prosequendam excitet.* Portugalliae *Rex,* Ianuenses *et alii auxilium promittunt.*

170

1457 III 24

*F. 76. Fr.* Francisco de Viterbo *O. M. Obs.*

*Pauperibus in periculo mortis constitutis indulgentiam etiam pro uno floreno de Camera concedat.*

171

1457 III 26

*F. 76ᵛ.* G. P. Fonollet.

*Varia de cruciata et collectoria.*

172

1457 III 26

*F. 77ᵛ.* Alano *Cardinali.*

*Hucusque nullam pecuniam ex eius legatione percepit. Pontifici pro cruciata auxilium usque exspectanti nuntium saltem de his quae agantur mittat* Alanus.



173

(1457 III in fine)

*F. 78ᵛ. Fr.* Laurentio de Panormo.

*Eleemosynis collectis, aliquam vel plures galeas armet quae Legati classi se coniungant.*

174

(1457 III in fine?)

*F. 78ᵛ. Fr.* Francisco de Carbonibus.

*De magno labore in lignis pro classe parandis laudat.*

175

1457 III 29

*F. 79. Classis* Legato.

*Nulli labori parceat ad victoriam comparandam; pestis vectigalium expeditioni moram imposuit. Cum classe adveniet* Portugalliae *Rex. Pontifex* Ianuenses *ut naves mittant hortatur.*

176

1457 III 29

*F. 79ᵛ.* Vitali de Villanova, *nepoti suo.*

*De bellica virtute laudat.*

177

1457 III 29

*F. 80.* Geraldo de Castellvert, *nepoti suo.*

*Simile.*

178

1457 III 29

*F. 80.* B. Vilae, *rationis scribae.*

*Quod rationem nondum reddiderit redarguit.*

179

1457 III 29

*F. 80ᵛ.* Corneti *Portitori.*

*Galeatiae proficiscenti vectigalia suppeditet.*

180

1457 III 31

*F. 80ᵛ.* M. Isalguer *in* Sicilia *collectori.*

*Auxilium ferat* Iohanni Pou *per* Siciliam *transitum facturo ut 750 salmas grossas tritici in naves imponere queat.*

**181**

1457 III 31

*F. 81. Fr.* Angelo *O. M.*

*Quae laudabiliter collegit, pontificio commissario tradat.*

**182**

1457 III 31

*F. 81. Fr.* Laurentio (*O. M.*).

*Melius galeis iam paratis vectigalia suppeditare quam novas construere.*

**183**

1457 IV 4

*F. 81v.* Poloniae *Regi.*

Marinum de Fregenis *cruciatam in* Lituania *et in* Leopolis *Archiepiscopatu promulgaturum commendat.*

**184**

1457 IV 4

*F. 82.* (Frederico II) Saxoniae *Duci, seniori.*

*Simile.*

**185**

1457 IV 4

*F. 82.* (Gullielmo Turingiae) Saxoniae *Duci, iuniori.*

*Simile.*

**186**

1457 IV 4

*F. 82v.* Gnecensi *Archiepiscopo,* Culmensi *Episcopo,* Iohanni Litthone Gnecensi *Archiepiscopo,* Magdeburgensi *Archiepiscopo,* Gotiae *Archiepiscopo,* Norvegiae *Archiepiscopo,* Leopolitano *Archiepiscopo,* Bambergensi *Archiepiscopo,* Monasteriensi *Episcopo,* Meissensi *Episcopo,* Vilnensi *Episcopo encyclica epistula.*

Marianum de Fregenis, *Nuntium, cruciatam promulgaturum commendat.*

**187**

1457 IV 4

*F. 87.* Volaterranae *Communitati.*

*Cruciatae praeco apud eos quoque Magister* Iohannes de Neapoli *esse declaratur.*



**188**

1457 IV 5

*F. 88.* Ianuensium *Duci et Senatui.*

*Valde de dissensionibus inter eos et* Neapolitanum *Regem dolet; cruciatam prae oculis habens, inter eos mediationem instituere conabitur.*

**189**

1457 IV 10

*F. 83.* Iohanni (Carvajal) S. Angeli *Cardinali.*

*De perturbationibus in* Hungaria *et de* Turcarum *agmine Pontifex notitiam habet. Ei ad solum victum necessaria supersunt; pontificia classis insulas quasdam occupavit et quotidie incrementum accipit; kalendis aprilis ei* Portugaliae *Rex suam classem adiunget;* Franciae *Rex de cruciatae proventibus 30 galeas armabit; plures alii principes suppetias venient.* Hungaros Germanosque *cardinalis incitet.*

**190**

1457 IV 10

*F. 84v.* Ladislao Hungariae Bohemiaeque *Regi.*

*Ad* Turcas *supervenientes oppugnandos, eius animum erigit.*

**191**

1457 IV 10

*F. 85.* Strigoniensi *Cardinali Apostolico Legato.*

*De induciis* Turcis *non concessis gaudet; christianitas in auxilium veniet.*

**192**

(1457 IV 10 ?)

*F. 85.* Silvensi *Episcopo.*

*Spes omnis in* Portugaliae *Regis adventu posita est; eum hortetur* Silvensis *ut confestim veniat.*

**193**

1457 IV 13

*F. 86v.* G. P. Fonollet.

*De collectoria.*

**194**

1457 IV 15

*F. 86.* Tomae Taqui de Perpignano, *mercatori.*

*De vectigalibus classi suppeditandis.*

## 195

1457 IV 17

*F. 87v. Capitaneo, Patrono et Commissario galeatiae.*

*Triticum afferentes classem quam celerrime petant.*

## 196

1457 IV 19

*F. 87v. Fr.* Roberto (de Licio) *Nuntio et Collectori.*

*De collectoria in* Mediolanensi *Ducatu.*

## 197

1457 IV 21

*F. 88v.* Bosnae *Regi.*

Iunium Ragusinum *a* Tuercone Stanzith *captum Regi liberandum commendat.*

*(diversa manu:)* Regi *Bosnie* illustri

*(solita manu:) Calistus* etc. Carissime in Christo fili Salutem etc.

Grauiter et cum animi nostri molestia. Intelleximus dilectum filium *Junium de gradis* militem *Ragusinum* cui nos iam pridem nonnulla ardua nostra fidei christiane negotia cum Carissimo in Christo filio nostro Rege *Hungarie* necnon Celsitudine tua et despoto tractanda *Seruie* commisimus aquodam nobili subdito tuo *Tuerchone Stanzith* captum esse, et ablatis ab eo omnibus suis rebus, necnon bullis et breuibus nostris in vinculis et carceribus asperrimis detineri, Que res graui molestia nos afficit, et ualde miramur de Serenitate tua, que per suos subditos *(f. 89)* tantam Injuriam et violentiam fieri in eum qui nostra et Sedis apostolice fideique negotia tractat nulla presertim legittima causa subsistente fieri patiatur. Nam considerare debet Celsitudo tua maximum Jmpedimentum et disturbium illatum esse rebus et commissionibus nostris ex captura prefati *Junij*. Quare cum tale facinus intolerabile sit, Hortamur et stricte requirimus Serenitatem tuam ut quemadmodum decet catholicum principem ob nostram et sedis apostolice reuerentiam eundem *Junium* quantocius relaxari et liberarj mandes et ei omnia sua bona equos scripturas et quecumque sibi ablata integre restitui facias, nec Impunitam relinquas tantam audaciam et tyrannidem dicti *Tuerconis* subditi tui. Quod si tua Serenitas ut confidimus faciat, erit nobis acceptissimum et ad honorem et laudem ipsius Serenitatis tue cedet. Datum xxj Aprilis 1457.

Anno Tertio

Regi *Bosne* illustri.



## 198

1457 IV 21

*F. 89. Fr.* Philippo de Ragusio *O. M. vicario in* Bosna *et, eo absente, fr.* Nicolao de Apulia.

*Ut* Iunius Ragusinus *liberetur,* Tuerconem *ecclesiasticis poenis plecti iubet.*

*(diversa manu:)* fratri *Philippo* etc.

*(solita manu:) Calistus* etc. Dilecte fili Salutem etc. Quoniam intelleximus nostrum dilectum filium *Junium degradis* militem *Ragusinum* cui non nulla negotia nostra sedis apostolice et fidei christiane tractanda comisseramus a quodam *Tuerchone Stançit* subdito Carissimi in Christo filij nostri Regis *Bosne* captivatum et spoliatum esse, et in vinculis cum maxima miseria et crudelitate detineri tenore presentium deuotioni tue de cuius prudentia et industria plurimum confidimus, in virtute sancte obedientie committimus et mandamus ut acceptis presentibus si commode poteris facere te personaliter conferas ad dictum *Tuerchonem*, et ubicumque fuerit, eidem nomine nostro et auctoritate apostolica sub sententijs censuris et penis ecclesiasticis de quibus tibi videbitur iniungas et mandes ut dictum *Junium* liberet et relaxet infra terminum per te eidem statuendam, eique bona equos scripturas et omnia sibi ablata Integre et sine diminutione restituat, Jta igitur circa relationem *(recte:* relaxationem?) prefati *Junij* diligenter et sollicite te habeas et ita hanc nostram commissionem exequi studeas, ut apud nos merito uenias commendatus. Datum ut supra.

Fratri *Philippo de Ragusio* ordinis minorum In Regno *Bosne* Vicario et in eius absentia fratri *Nicolao de Apulia.*

## 199

1457 IV 23

*F. 100.* Stephano Tomae, Bosnae *Regi.*

*Regis intentionem in* Turcas *processuri laudat. De cruciatae vexillo ei concedendo, cum* S. Angeli *Cardinali colloquatur.*

Secreta

Calistus etc. Carissime in Christo fili Salutem etc. Redijt ad nos dilectus filius fr. *Nicolaus de Sibinico* ordinis minorum quem superiori anno ad partes illas pro certis negotiis nostris miseramus et literas tuas nobis reddidit per quas, et ipso et plenius referente, plane Intelleximus sanctum pium et deuotum propositum tuum: quod habere videris pro sancta fide catholica ad procedendum aduersus *Turcarum* Impetus: eandem fidem supprimere satagentes Certe Celsitudini Regie conueniens

et dignum principe catholico propositum obtines, et istam tuam laudabilem voluntatem diuinum animum commendabilemque Intentionem miris Laudibus approbamus laudamus et commendamus. Exhortantes Serenitatem tuam vt in tam laudabili pio et sancto proposito perseuerare velis et quemadmodum Intendere videris: ad perditionem et persecutionem perditissimorum hostium viuifice Crucis, regnum istum autem tuum totis viribus conuertere adnitaris. Ad quam rem et si satis Jntelligamus te Inclinatum pro tua Jn deum pietate et bonitate regia. Reducimus tamen ad memoriam, quod in nulla re clariorem famam, aut magis celebre nomen vendicare *(sic)* poteris: quam et pro exaltatione fidei orthodoxe facultates tuas exponere, De Cruce autem auxilio ac vexillo Cruciate a nobis tibi dando. Volumus quod cum dilecto filio nostro *Johanne sancti Angeli* Diacono Cardinali apostolice Sedis Legato, Colloquaris, Eidem enim scribimus vt Celsitudini tue ea auctoritate *(verso)* nostra concedat, que et honorem nostrum concernant et dignitati tue conueniant: et toti patrie istius Regni tui conducant De omnibus igitur cum circumspectione sua communicabis, Eam enim ita prouidam prudentem et circumspectam cognoscimus : ut ad ea que a nobis petis, facile concessurum tibi minime diffidamus et honoris ac dignitatis tue condignam rationem habiturum certe scimus. Scribimus etiam ei nonnulla Celsitudini tue nostri parte referenda super quibus eidem tamquam persone nostre plenam fidem adhibebit tua Serenitas Datum etc. die xxiij Aprilis 1457

*Stephano thome* Regi *Bosne* illustri.

**200**

1457 IV 23

*F. 100v.* S. Angeli *Card. Legato.*

*Vexillum* Bosnae *Regi concedat si expedire videbitur.*

*Calistus* etc. Dilecte fili salutem etc. Misit et scripsit ad nos Carissimus in Christo filius noster Rex *Bosne* illustris quatenus pro defensione et exaltatione fidei ortodoxe, et ad exterminium perfidorum *Turcorum* cuperet auxilium et Crucem per nos sibi darj et vexillum Cruciate sibi transmitti. Nos uero ipsius laudabile propositum commendamus approbamusque suam tam sanctam Jntentionem et voluntatem. Rescribimus ei prout videbis in copia presentibus Introclusa. Remittentes eum ad Circumspectionem tuam: ut cum ipso colloquatur: et si uideris animum suum ardentem esse, et viribus pollere potentiaque valere: et que possent (?) ad salutem et auxilium gregis dominici uertere: ea omnia auctoritate nostra Celsitudini sue concedere prout discretioni



et prudentie Circumspectionis tue plenius uidebitur expedire exortando et animando eum ad prosequendum et perseuerandum Jn hoc tam sancto suo proposito Jn quo si perseuerauerit, ut catholicum principem decet quantam a deo mercedem sibi vendicaturus sit et quantam ab omnibus gloriam et commendationem: tu ipse eidem explicabis. Cum nullum opus magis ipsum deceat quam contra infideles quibus conterminus est: pro defensione fidei ortodoxe, et exaltatione nominis christiani arma sumere facultates, vires potentiam suam expendere et ostendere Quod si ut pollicetur fecerit: non dubitamus ipsum gloriosissimum de hostibus triumphum reportaturum, Datum ut supra

Cardinali *Sancti Angeli* Legato etc.

**201**

1457 IV 26

*F. 89v.* Ragusinae *Rei Publicae.*

*Cruciatae pecunias apud se a fr.* Mariano de Senis *depositas, classis necessitatibus instantibus,* Martino Clarini *mercatori,* Ragusini *consignent.*

*Calistus* etc. Dilecti filij salutem etc. Pluribus et quidem evidentibus signis uidistis vehementissimum ardorem mentis nostre ad destructionem perdite secte et gentis *Turcorum* aliorumque infidelium que cura inextinguibili flamma urit sensus nostros: nec in alio Intenti sumus nec alio properat conatus noster, nisi ut illatam fidei ortodoxe ignominiam ulciscamur et barbarorum rabie perdomita religioni sancte quietem pacemque restituamus. Quod divinum propositum nostrum cum ceteris christifidelibus notum fecerimus, tum etiam uobis maxime patuit vidistis enim qua festinantia Classem parauerimus, et Legatum miserimus: Et quot impensas subierimus ut labanti fidei subueniremus, Jn quo proposito non solum persistimus, sed in horas magis magisque accendimur, et augende et corroborande Classis iam emisse continue rationem habuerunt *(recte:* habemus*)*: et nouam properantissime facimus fabricarj: nuncque unam galeatiam nostram Insignem cum nonnullis alijs nauigijs grano armis pannis victualibus et pecunijs alijsque rebus necessarijs onustas in maxima copia uix nobis ad uictum necessaria remanendo Jn orientem ad legatum nostrum reliquamque Classem iam citissime misimus Et quia ob istos apparatus inestimabilibus grauamur sumptibus, quibus sustinendis ipse facultates non sufficiunt, necesse est ut christifidelibus *(recte:* christifidelium?*)* potentatus sotia nobis suppeditent auxilia: et defensione[m] rei publice christiane ipsique (ipsi quoque?) pro uirili suscipiant, quam primum visis presentibus quascumque sancte Cruciate pecunias penes vos et vestros existentes et per

dilectum filium *Marianum de senis* ordinis minorum de *Seni*(*sic*) nuntium nostrum et Collectorem ab hec specialiter deputatum depositas et que in futurum deponi contigerit dilecto filio *Martino Clarini* mercatori florentino *Ragusij* commoranti ac recipienti nomine dilectorum filiorum *Petri* et *Jacobi de Pazijs* et sotiorum de *Romana* Curia, qui circa premissa nostris et Camere apostolice subuenerunt et Jn dies se offerunt necessitatibus subuenire realiter et cum effectu consignatis per vos pecunijs Tria publica similia eiusdem tenoris quetantiarum Instrumenta recipiatis quarum unam penes vos pro uestra, Aliam ipse *Marianus* penes se pro sui cautela retineatis Tertiam uero ad nos et apostolicam Cameram quantotius destinare curetis, Datum xxvij Aprilis 1457 Anno Tertio.

Prioribus Communi et Consilio Ciuitatis *Ragusij*.

**202**

1457 IV 26

*F. 90.* Martino Clarini, florentino Ragusii *mercatori.*

*Quae fr.* Marianus de Senis *pro cruciata collegit, et* Ragusaei *custodiunt, Societati* de Pazis *tradat.*

**203**

1457 IV 26

*F. 90. Fr.* Mariano de Senis *O. M.*

*De eadem re.*

**204**

1457 IV 27

*F. 90v. Fr.* Eugenio ex Albania *O. M.*

*In cruciatae praedicatione privilegia varia ei conceduntur.*

*Calistus* etc. Dilecte fili salutem etc. Religionis tue et deuotionis integritas ac fideli[s] constantia et in bene gerendis rebus et presertim in catholice fidei ac Christiane religionis fauorem in quibus te bene gesisse experientia perpendimus non indigne promerentur ut ea tibi fauorabiliter comittamus, que pro christi fidelium salute ac christiane fidei augmento fore conspicimus oportuna devotioni tue qui ad *albanie* partes in quibus predicando et verbum dominj populis denuntiando per Annos plurimos fuisti, te conferre, et in illis similiter verbum dei predicare intendis vt christianos [possis concedimus quos, *(praeter alia peccata scribae oscitantia hic praetermissa)*, inveneris] christianos seu res alias quascumque *Turchis* et christiani nominis inimicis uendentes, Comburentes et effondientes superstitione quadam mortuorum cadauera semel dumtaxat absoluere illisque penitentiam salutarem Injungere Necnon fratres nonnullos tui ordinis ad hoc idoneos, qui tibi in predicando orando et alia Jn fidei fauorem prosequendo assistant et adiuvent, Et quos duxeris eligendos tecum ad *Albanie* partes conducere, fratribus dumtaxat *albaniensibus* quibuscumque vbicumque degentibus mandantes ut quicumque a te requisiti fuerint personaliter se conferant ad partes illas libere liciteque possis atque valeas auctoritate apostolica tenore presentium concedimus pariter et Jndulgemus. Sperantes quod gratia domini tibi assistente propitia ea que tibi duxerimus committenda cum benedictione ac deuotione nostra per tue prouintie (?) laudabile studium offitiosissime exequeris. Rursus vnus quisque episcopus seu loci ordinarius quem pro tuis necessitatibus requisiueris omnia tibi ac religiosis predictis necessaria Jn religiosorum predictorum ecclesijs consecrare et benedicere possit et valeat eadem auctoritate licentiam Jmpartimur, Et insuper omnes et singulas gratias et facultates in genere et Jn specie per felicis recordationis *Nicolaum papam. V* predecessorem nostrum tibi concessas quas presentibus pro expressis haberj volumus Ac presentis scripti patrocinio communimus presentibus usque ad nostrum et sedis apostolice beneplacitum duraturis Datum etc die xxvij Aprilis McccсLvij Pontificatus nostri Anno Tertio Fratri *Eugenio de Albania* ordinis minorum professorj.



**205**

1457 V 5

*F. 91. Classis Legato.*

*Alia vectigalia ei mittit.*

**206**

(1457 V 5)

*F. 91.* B. Vilae, *rationis scribae.*

*Quae Pontifex classi mittit, bene administret.*

**207**

1457 V 8

*F. 91v.* Augustino Casanovae *abbati O. Cist. in* Sabaudia *collectori.*

*De collectoria.*

**208**

(1457 V 8)

*F. 92.* Gabrieli Baldi mediolanensi *mercatori.*

Augustinus *abbas quod ex cruciata colliget, ei tradet.*

209

1457 V 8

*F. 92.* Iacobo de Pazis *et SS,* Genevae.

*Quod* Augustinus *Abbas collegit, eorum argentariae tabernae tradet.*

210

1457 V 9

*F. 92.* Ianuensium *Duci et Senatui.*

*De pace inter eos et* Aragonum *Regem tractanda.*

211

1457 V 10

*F. 92v.* Petro de Campofregoso, Ianuensi *Duci.*

*Ad cruciatam paratum, si ab* Aragonum *Regis minis liberetur, laudat.*

212

1457 V 12

*F. 93v. Fr.* Cherubino de Spoletio *O. M.*

*De Cruciatae praedicatione in* Spoletano *Ducatu.*

213

1457 V 12

*F. 93v. Fr.* Antonio de Montefalcone *et fr.* Cherubino *vel eorum alterutri.*

*Quae ab eis de collectoria praecipiuntur,* spoletanae *regionis Episcopi et Praelati faciant.*

214

1457 V 17

*F. 94. Fr.* Iacobo de Marchia *O. M.*

*Cruciatam praedicanti, facultates contra hereticos confirmantur.*

215

1457 V 17

*F. 94. Eidem.*

*In sua praedicatione, confratres quotquot necessarios secum accipiat.*

216

1457 V 17

F. *94v.* Hungarorum *Regi.*

*Fr.* Iacobum de Marchia *defuncti fratris de* Capistrano *successorem commendat.*



217

1457 V 17

*F. 95.* Hungariae Bohemiaeque *Episcopis.*

*Item.*

218

1457 V 17

*F. 95.* Hungariae Bohemiaeque *Praelatis et dominis.*

*Item.*

219

1457 V 17

*F. 95.* Carvajal *Cardinali.*

*Item.*

220

1457 V 20

*F. 95.* Urbinati *Clero et Capitulo.*

*Quod nihil pro cruciata fecerint redarguit.*

221

1457 V 20

*F. 95v.* Frederico (de Montefeltro) Urbinati *Comiti.*

*Item.*

222

1457 V 23

*F. 96.* Augustino Casaenovae *Abbati.*

*De collectoria.*

223

1457 V 24

*F. 96v.* Carolo Franciae *Regi.*

*Auream Rosam ei mittit, auxilium pro cruciata et decimis accipere sperans, dum* Germani *et* Hungari *inter se pugnant.*

224

1457 V 24

*F. 97.* S. Angeli *Cardinali.*

*De turbolentiis in* Hungaria *dolet et de periculo cui Imperator pene succubuit, quae omnia hosti favent; de hoc quibusdam illarum regionum Principibus scribit. Legatus quoque pro virili parte adlaboret.*

## 225

(1457 circa V 24)

*F. 97v. Cardinali in* Francia *Legato.*

(Omissis) *Pontifex ab eius legatione hucusque verba tantum recepit; Regi auream rosam ad eum excitandum mittit.*

## 226

1457 V 25

*F. 99.* Portugalliae *Regi.*

*Suum adventum, nunc maxime cum* Hungari *et* Germani *discordes sunt, acceleret.*

## 227

1457 V 25

*F. 99.* Silvensi *Episcopo.*

*De eadem re.*

## 228

1457 VI 9

*F. 99v.* Georgio Kastriota Skanderbeg *in* Albania *Domino.*

Turcis *in* Albaniam *advenientibus, maximis laudibus Pontifex* Skanderbegum *celebrat et ad resistendum, aliquod subsidium mittens, impellit.*

*Calistus* etc. Dilecte fili salutem etc. Binis literis tuis uno tempore receptis certiores effecti sumus de aduentu perfidorum *Turcorum* ad expugnationem terrarum tuarum. Ex quo significas te non paruo timore perculsum, dubitasque quo nam pacto irruentibus hostibus obsistere possis. non tamen propterea animum dimisisti qui totis viribus in occursum hostium ire Jntendas: Nos dilecte fili de tua nobilitate semper optimam opinionem habuimus, cognouimusque quanta perseuerantia et quam strenue In partibus illis prope solus obstiteris seuissimis *Turchis*, satagentibus per additum *(recte:* aditum*)* terrarum tuarum irrumpere ad damna et oppressionem christifidelium, nec parua apud Catholicos est gloria tua illustrata tot bene gestis rebus et quadam quasi continua felicitate vincendi. Quare te hortamur ut animum tuum prjstinum non solum constanter serues pro defensione fidei orthodoxe: sed eum viriliter augeas: et spem certissimam concipias fore ut omnipotens deus seuos conatus barbarorum infringet et militibus ac defensoribus sancte religionis vires et potentiam subministret. Nec te terreant ulle mine, nec numerosas copias formides. Nam deus non deseret plebem suam, qui vel solo nutu suis propugnatoribus victoriam contra innumerabiles



exercitus dare potest Quis enim superiore anno magnitudine impendentis periculi prostratus non erat cum impius *Turcorum* tirannus Jn faucis *hungarie* cum Jnaudita potentia ad eam occupandam obstinatissimo animo Jmmineret Atque deus omnipotens dominus exercituum diuinam Jnfudit virtutem cordibus christifidelium et in eorum brachijs potentiam fecit; qui non modo non cessere furialibus ausis *turchi;* sed eum qui terrore sui mundum pene complerat exutum castris; amissisque infinitis bellici apparatus Instrumentis; in fugam turpissimam cum maxima strage compulerunt Sed quamvis hec magna fuerunt, maiora adhuc restant; que deus pro victoria populi sui peraget; Nec tamen Jnterea nos tibi deese Jntendimus: Nam et si maximi sint et intolerabiles sumptus quibus propter classem quam in orientem misimus grauamur, et propter alias prouisiones quas die noctuque facimus pro defensione fidei. Tamen citissime unam galeam optime Jnstructam et armatam in succursum tue Nobilitatis et tuorum mittemus et subinde nonnullas alias quam celerius poterit mittere procurabimus. Tu uero tamquam fortis athleta et totis viribus, diuina fiducia plenus aduenientibus barbaris resistas: deus enim te diriget et gubernabit ut victoriam et triumphum consequaris Datum etc die viiij°. Junii 1457 Anno Tertio; *Georgio Castriota Scandarbeg Albanie* domino.

## 229

(1457 VI 9 ?)

*F. 102.* Progono Mazi (Mazichi) *nobili viro.*

*De eius erga Apostolicam Sedem devotione et christianae religionis amore laudat.*

*Calistus* etc. Dilecte fili, salutem etc. Ex his que de tuis virtutibus et singulari bonitate nobis retulit dilectus filius *hieronimus bellauista (Blevishti)* frater tuus, magnam cepimus in corde nostro consolationem Explicavit enim nobis idem *hieronimus* quantus sit zelus et deuotio tua erga nos et statum Sancte sedis apostolice et quantum cupias sancte religionis fidei christiane exaltationem. Pro quibus meritis tuis tuam Nobilitatem plurimum in Domino commendamus hortamurque ut in tuo laudando et sancto proposito de bono in melius perseveres: habiturum operum tuorum recognitorem deum qui nullum bonum jnremuneratum relinquit. De nobis autem volumus ita tibi persuadeas: nos paratissimos semper futuros ad omnia que honorem statum et exaltationem tuam concernere videbuntur. Tu igitur perge ut cepisti et quandoquidem tempus acceptabile jnstat in quo Christi fideles erga fidem ortodoxam devotionem ostendere possunt collige et animum ad eas

cogitationes converte que apud homines gloriam et honorem tibi afferant et apud deum celestis premij coronam pariant. Datum
Nobili viro *Progono Maxichi*.

**230**

1457 VI 10

*F. 100.* Berengario Clavell, Perusii *Thesaurario.*
*De collectoria.*

**231**

1457 VI 10

*F. 101.* (Antonio Severini) Eugubino *Episcopo.*
*De collectoria.*

**232**

1457 VI 10

*F. 101.* Frederico Urbinati *Comiti.*
*De collectoria.*

**233**

1457 VI 10

*F. 101.* Antonio (*O. P.*) Florentino *Archiepiscopo.*
*De maximis espensis in classe et in exercitu in* Albania *et* Hungaria *fulciendis. De collectoria.*

**234**

1457 VI 10

*F. 101ᵛ. Fr.* Iohanni de Neapoli *O. P.*
*De collectoria.*

**235**

1457 VI 15

*F. 102.* Ludovico Cescases.
*De collectoria in* Francia *et mutuo a Pontifice apud Societatem* de Pazis *contracto.*

**236**

1457 VI 15

*F. 102ᵛ.* Casaenovae *Abbati.*
*De collectoria et mutuo cum Societate* de Pazis.

**237**

1457 VI 16

*F. 103. Fr.* Francisco de Carbonibus *O. M. Apostolico Nuntio.*
*De collectoria.*



**238**

1457 VI 16

*F. 103ᵛ. Fr.* Iohanni de Curte *O. P.*
*De collectoria.*

**239**

1457 VI 16

*F. 103ᵛ.* Stephano de Nardinis Anchonetanae Marchiae *Thesaurario.*
*De collectoria.*

**240**

1457 VI 20

*F. 104.* S. Angeli *Cardinali.*
*De cruciatae vexillo* Bosnae *Regi, si de eius facultatibus, intentione et voluntate constet, concedendo.*

*Calistus* etc. Dilecte fili, salutem etc. Venere ad nos proximis diebus dilecti filij *Britius de Pannonia* et *demetrius de albania* fratres ordinis minorum missi a carissimo in Christo filio nostro rege *Bosne* illustri et multa nobis retulerunt de fide et devotione ipsius regis erga nos et religionem christianam: et de optimo et laudabili proposito sue serenitatis prodeundi viriliter in *Turcos* et expugnationem eorum pessime nationis et quod iam ipse rex desijt pendere tributum quod hactenus ipsi tiranno *turcorum* dare consuevit Inter alia autem jidem fratres cum maxima instantia a nobis postularunt nomine dicti regis: ut sue Celsitudini signum viuifice crucis mittere vellemus et concedere vexillum sedis apostolice, sub quo militiam hanc divinam uiriliter obire affectat, Nos super ea re responsum dedimus dictis fratribus commisisse iam diu circumspectioni tue ut cognita voluntate dicti regis, si eam in hoc sancto opere propensam videret, ipsum crucesignaret ac ei vexillum et alia que pro honore sue serenitatis et commodo sancte Amprisie facerent, honorifice concederet. Quare te hortamur ut bene consideratis facultatibus dicti regis eiusque intentione et voluntate pensata si eum ea devotione et ardore quem profitetur accensum cognoveris et dispositum uideris ad ea que pollicetur exequenda ipsi crucis gloriose signum ac vexillum sedis apostolice et alia auctoritate nostra concedas. Eumque in suo laudabili proposito confirmes et quantum in te erit omni ratione adiuues. Ceterum prefatis fratribus quorum satis promptam deuotionem uidimus ad excitandum suis predicationibus christifideles ad Amprisiam Cruciate et ad alia contra *Turcos* necessaria, concessimus circa hoc nonnullas facultates prout uidebis jn copia presentibus jntroclusa salua tamen auctoritate et potestate tue legationis: quibus per

hec in nullo volumus esse minutum et derogatum. Ipsos itaque fratres circumspectioni tue commendamus ut eos in oportunis dirigas faueas et adiuues. Datum etc. XX Junij 1457 anno iij
Cardinali *Sancti Angeli* Legato.

**241**

1457 VI 26

*F. 104.* G. P. de Fonollet, *Apostolico Collectori.*

*De crucesignatis pontificiis navibus non vehendis et de collectoria.*

**242**

1457 VI 28

*F. 105.* Alano S. Prassedis.

*De decimam in* Francia *obtrectantibus et Concilio appellantibus.*

**243**

(c. 1457 VI 28)

*F. 106ᵛ.* Iohanni S. Stephani ad Coelium *Cardinali,* Augustodunensis *Ecclesiae Apostolico Commissario.*

*De eius Ecclesia ad Concilium contra decimam appellante.*

**244**

1457 VI 30

*F. 106.* Ludovico Narniensi, *secretario suo.*

*De collectoria et* parisiensi *appellatione contra decimam.*

**245**

1457 VII 4

*F. 109ᵛ. Fr.* Cherubino de Spoletio.

*De collectoria* (Perusii).

**246**

1457 VII 5 – *F. 110.* Perusinis.
1457 VII 5 – *F. 110ᵛ.* Berengario Clavell, Perusii *Thesaurario.*
1457 VII 5 – *F. 110ᵛ. Eidem.*
1457 VII 6 – *F. 109.* Augustino Casaenovae *Abbati.*
1457 VII 7 – *F. 109.* Roberto de Licio *O. M.*
1457 VII 8 – *F. 109ᵛ.* Casaenovae *Abbati.*
1457 VII 8 – *F. 109ᵛ.* Ludovico Cescases.
1457 VII 11 – *F. 111.* Ragusinis.



1457 VII 11 – *F. 111ᵛ.* Martino Clarini Ragusii *degenti.*
1457 VII 11 – *F. 111ᵛ. Fr.* Mariano de Senis.
1457 VII 13 – *F. 112. Fr.* Iohanni de Neapoli.
1457 VII 13 – *F. 112. Fr.* Angelo (O. M.) de Vulsinio.
1457 VII 22 – *F. 112ᵛ.* Mutini et Ferrariae *Duci* (Burso Atestino)
1457 VII 25 – *F.* 114ᵛ. *Fr.* Francisco de Carbonibus.
1457 VII 25 – *F. 115.* Frederico (de Montefeltro) Urbinati *Comiti, Pont. Vicario.*
(1457 VII) – *F. 115ᵛ.* Cornetano *Episcopo* Perusii *Gubernatore et* B. Clavel.

*Omnibus his Pontifex de collectoria scribit.*

**247**

1457 VII 26

*F. 112ᵛ.* Francisco Foscari, Venetiarum *Duci.*

*Ut crucesignatis pecuniarumque collectoribus faveat, Pontifex hortatur.*

*Calistus* etc. Dilecte fili, salutem. Conati fuimus per varios nuntios in regno *Bosne* et circumuicinis partibus facere nobis possibiles apparatus contra immanissimos dei et nominis christiani hostes *Turcos:* et cum nulla regio et patria sibi soli satis sufficiat, misimus ad circumuicina christianorum loca predicatores et alios nuntios: qui viros quotquot potuerunt ad cruciatam personaliter ineundam suasionibus et rationibus induxerunt.: ab illis vero qui personaliter ire non consenserint, pecunias in Elemosinam alijs qui ibunt dandam acceperunt Audiuimusque et scimus in locis *Dalmatie* et alijs quibusdam tuo suppositis dominio, nonnullos esse ex huiusmodi crucesignatis, et certas pecuniarum quantitates esse collectas et fideliter conseruatas Quare hortamur in domino et stricte requirimus tuam nobilitatem ut officialibus tuis terrarum et locorum *Dalmatiae* et aliorum per litteras mandes: ut dictos crucesignatos ad nostrorum commissariorum ad id deputatorun requisitionem, in expeditionem ire permittant et pariter omnes pecuniarum summas ubicumque in dictis tuis terris et locis collectas et colligendas, in elemosinam cruciate a nostris accipi et extrahi sinant. Cum eas que collecte sunt pecunias *(f. 113)* carissimo in Christo filio regi *Bosne* illustri qui ardenter pro fidei tutela est animatus contra *Turcos* jusserimus assignarj ut tam sanctam Amprisiam Juvante domino exercituum prosequi valeat ad quod nobilitas tua et dominjum exurgere debet ut pluries exortati sumus (sicut?) tenemus firmiter nostris temporibus a deo promissam victoriam contra infideles et ve illis qui non asistunt

nobis in tam sancto et salubri proposito. Et considera dilecte fili, quod *(?)* nomen *Turchi* tam affamatum et terribile, nunc est annus gloriosa victoria per nos procurata fere ex[in]anitum et credas nobis Spiritu Sancto flante tibi et alijs hec loquimur. Datum etc. die XXVj Julij 1457 Anno iiij° *(sic)*.
Francisco Foscari *Duci* Venetiarum.

## 248

1457 VII 28

*F. 113.* Stephano Bosniae *Comiti* (Stephano Vukčic Kosača Erzegovinensi).

*Eius devotionem et mirabiles in* Turcas *res gestas Pontifex magnis laudibus commendat.*

*Calistus* etc. Dilecte fili, salutem etc. Omnes qui ex partibus *Bosne* ad nos veniunt tuam devotionem tuas contra *Turcos* dei et nominis christiani spurcissimos hostes, continuas et viriles operationes enarrant: pro quibus deo nostro qui eam virtutem tibi tribuit gratias agimus: et te sicut es meritus summis *(verso)* laudibus commendamus. Quare licet opus esse non videatur, tuam tamen Nobilitatem ad bona hec opera currentem incitamus Sic enim vita queritur eterna: et gloria in terris perpetua comparatur. Nosque ad omnia tibi tuisque quomodolibet utilia et honorifica semper paratos promptosque reddes. Datum XXVIIj Julij 1457 Anno Tercio. Nobili viro *Stephano* comiti Jn *Bosna*.

## 249

1457 VII 28

*F. 113ᵛ. Fr.* Mariano *de* Senis, *Nuntio et Collectori.*

*Ad cruciatam praedicandam pecuniamque colligendam,* Bosnaeque *Regi viriliter in* Turcas *pugnanti devolvendam, facultates ei conceduntur.*

*Calistus* etc. Dilecte Fili Salutem etc. Devotionis tue fervor in causis fidei et religionis christiane hactenus multipliciter ostensus: prudentia quoque tua per longam experientiam nobis nota exigit; ut ea tibi confidenter committamus que Jn arduis fidei catholice pertractandis negotijs per diversas ragiones et provintias his temporibus occurrunt: Cum igitur in nostra felici expeditione quam domino inspirante contra immanes barbaros dei et nominis christiani hostes *Turcos* suscepimus, per regna regiones et loca *Hungarie Bosne Seruie* et partium aliarum ipsis barbaris vicinarum, multa fieri oporteat ad que idoneus iudicaris Devotioni tue infrascriptas facultates duximus concedendas. Primum enim



ut per loca omnia regnorum *Hungarie* et *Bosne* ac *Seruie* et in quibuscunque alijs terris et locis christianorum *Turcis* vicinorum cruciatam predicare et gratias concedere quas de nostra commissione per *Dalmatiam* concessisti prius tamen super hoc a dilecto filio *Iohanne Sancti Angeli* diacono Cardinali legato nostro quo ad terras sue legationis Jmpetrato consensu Et in omnibus predictis regnis et locis de consensu legati ut premittitur Elemosinas pro Cruciata congregatas ac Jmposterum congregandas colligere per te ipsum aut alios a te substituendos costringendo ac omnimode compellendo collegia communitates civilitates terras, et personas quasqumque tam seculares quam ecclesiasticas priuilegiatas siue exemptas et non exemptas et maxime illos qui elemosinas acceperunt ut ad cruciatam irent et nondum Juerunt per censuras ecclesiasticas, Jnvocato si opus fuerit auxilio brachij secularis. Cumque omnibus in locis tu personaliter esse non possis, ut alios predicatores Jn supradictis regnis et locis ad predicta in tuum locum substituere, cum gratiis et facultatibus tibi concessis vel minoribus ut videbitur: quique ad tue persone et agendorum auxilium: ac pro predictis a te substituendis et deputandis *(sic)* quoscumque tui ordinis fratres et *(f. 114)* et alios clericos siue laicos semel et pluries prout necessarium fuerit et oportunum uidebitur et maxime fratrem *paulum de Ragusio* sacerdotem et fratrem *Nicolaum de Sibenico* capere et retinere finitaque *(?)* hac Cruciate commissionem *(sic)* ut ex dictis fratribus tres tecum retinere quotiens opus fuerit permutandos, Jtemque pro colligendis et capiendis Cruciate pecunijs in predictis omnibus regnis terris et locis Jnstituere et deputare: Et quando acciderit ut in exercitu nostro presens sis ut ecclesiastica sacramenta ministrare: ac confitentes a quibuscumque peccatis etiam sedi apostolice reservatis per te ipsum ac substituendos a te ordinis tui fratres et alios sacerdotes absolvere: possis et valeas: facultatem potestatemque auctoritate apostolica concedimus per presentes. Usque ad nostrum beneplacitum valituras. Salva tamen in et super premissis voluntate legati nostri de latere supradicti ad quem te remittimus ut eius pareas Jussioni. Quia vero carissimus in Christo filius noster Rex *Bosne* illustris pro fide catholica adversus predictos *Turcos* viriliter pugnat ut id audentius commodiusque facere possit: volumus et tibi committimus: ut omnes predictas elemosinas cruciate hactenus collectas et in futurum colligendas eidem regi consignes ac facias a tuis substitutis consignare Juxta formam et seriem literarum a nobis concessarum. Datum ut supra. Fratri *Mariano de Senis* ordinis minorum professori nuncio et collectori apostolico.

### 250

1457 VII 29

*F. 114.* Stephano Thomae, Bosniae *Regi.*

*In* Turcas *castra movere paratum laudat eique crucesignatorum atque pecuniarum in* Dalmatia *collectarum auxilium praestat.*

Secreta]

*Calistus* etc. Carissimo in christo filio *Stephano thome* Regi *Bosne* illustri Salutem etc. Referentibus nobis dilectis filiis *Mariano de Senis* et *paulo de Ragusio* fratribus ordinis beati *francisci* de observantia nuncupatis Jntelleximus, tuam Celsitudinem adversus perfidos Christi hostes *Turchos* continuo bellum gerere: ac dispositam esse ad principium mensis Septembris proxime futuri. Jn campum et Castra contra predictos exire. Laudamus carissime fili tue excellentie feruorem fidei ac animi magnitudinem: hortamurque ut in proposito persistere ac perseverare velis: Nam aderit tibi adiutor dominus exercituum, cui nulla esse poterit resistentia, Et nos pro posse opem in cunctis necessariam afferemus. Nuncque incipientes, ecce commisimus dicto fratri *Mariano* ut nonnullas non tamen paucas pecuniarum quantitates quas ipse et nonnulli religiosi cum auctoritate nostra missi per *Dalmatiam* collegerunt ex elemosinis Jn *(verso)* auxilium christianorum datis tue serenitati consignent *(sic).* scripsimus dilectis filijs dominio *venetorum* ut ipsas pecunias extrahi dictoque fratri *Mariano* faciant consignari: ad tuam celsitudinem perferendas. Ducent etiam ad tuum exercitum dictus frater *Marianus* et sotij multos christianos qui ob devotionem ad rem (?) cruciate predicationem accepto viui[fi]ce crucis signo, contra *Turcos* militare deliberarunt. Exurge igitur miles Christi et in barbaros viriliter pugna: de quibus stragem videbis victoriamque dante domino, gloriosissimam reportabis: Nec velis Kalendas Septembris expectare: quin potius debebis quanprimum istas acceperis, cum dei [et] nostro auxilio et nostra benedictione in eductione exercitus properare. Datum etc. iiij Kalendas Augusti Anno Tertio;

*Sefano thome* Regi *Bosne* illustri.

### 251

1457 VIII 16

*F. 115v.* Andrea Cornario, *nobili veneto.*

*De mutuo a Pontifice apud eum contrahendo.*

### 252

1457 VIII 19 – *F. 115v. Fr.* Nicolao Lucensi *O. P.*



1457 VIII 19 – *F. 128v.* Ludovico Cescases.
1457 VIII 20 – *F. 116. Fr.* Angelo de Vulsinio *O. M.*
1457 VIII 20 – *F. 116v.* Iohanni Montpaller *Commissario.*
1457 VIII 20 – *F. 118v.* S. Laurentii de Aversa *Abbati, in* Siciliae R. *Collectori.*
1457 VIII 20 – *F. 118v.* Barcinonensi *Episcopo.*
1457 VIII 22 – *F. 117. Fr.* Francisco de Viterbio, *Nuntio.*
1457 VIII 23 – *F. 119.* Alphonso Aragonum *Regi.*
1457 VIII 24 – *F. 83.* Sueciae *Archiepiscopo.*
1457 VIII 24 – *F. 119.* Cornetano Episcopo *et fr.* Cherubino de Spoletio.
1457 VIII 24 – *F. 119v.* Berengario Clavell.
1457 VIII 25 – *F. 117v.* Berardo Spoletii *Episcopo.*
1457 VIII 27 – *F. 117. Fr.* Francisco de Viterbio *O. M.*
1457 VIII 28 – *F. 117v.* Gullielmo P. de Fonollet *Collectori.*

*Omnibus his Pontifex de Collectoria scribit.*

### 253

1457 VIII 29

*F. 118. Classis Legato.*

*Tres novas galeas mittit.*

### 254

1457 VIII 29

*F. 118. Magno Magistro* Rhodi.

*De tribus galeis Legato missis.*

### 255

1457 VIII 31

*F. 119v. Fr.* Francisco de Carbonibus *Nuntio et Collectori.*

*De Cleri* Anconetani *contra decimam appellatione.*

### 256

1457 VIII 31

*F. 120. Classis Legato.*

*Eius labores Pontiex novit. in* Francia *30 triremes parantur;* Portugalliae *Rex proxime cum sua classe venturus est; exercitum mittent* Angli *et* Britanni. *Pro classiariorum stipendiis Legatus proximis diebus 10 milia ducatorum recipiet; nemo classem deserat.*

## 257

1457 VIII 31

*F. 121.* B. Vilae *et* I. Pou.

*10 milium ducatorum mutuum a Legato contractum pro 10 galeis ad agendum mittendis probat; ex insularum occupatione nihil lucri perceptum miratur; tre novas galeas mittit.*

## 258

1457 VIII 31

F. *121v*. B. Vilae.

*Ad parcam administrationem hortatur; tantam classem praedis non posse sibi sufficere et in omnibus a Pontificiis subsidiis dependere miratur.*

## 259

1457 IX 5

*F. 122.* Cornetano *Episcopo*, B. Clavell *et fr.* Cherubino a Spoletio.

*De Collectoria.*

## 260

1457 IX 11

*F. 122v*. Georgio Castrioti.

Skanderbegum *ab hostibus obsidione circumseptum et vastationibus perculsum miris omnino laudibus ad coelum extollit pecuniarum et pontificiae classis auxilium cito ei praestandum disponens.*

*Calistus* etc. Maximum certe et inenarrabilem dolorem nobis attulit dilectus filius *Georgius Petri*, abbas, qui a tua nobilitate ad nos missus de Jrruptione *Turcorum* § in terras *Turcorum* § *(cancellatum)* Jn terras tuas, de vastitate illius provincie et clade tuorum et denique de obsidione qua ab exercitu barbarorum circumseptum te diceris *(sic)* nobis nuntiavit. fuit id profecto nobis molestissimum audisse. Nam cum te semper propter tua excellenti strenuitate, proque memorabilibus gestis tuis obque ultra omnes catholicos principes de fide et religione cristiana optime meritum sentiamus: non possumus non gravissime dolere nobilitatem tuam in tantum discrimen adductam esse Jntelligere *(recte:* intelligentes*)*. Vellemusque ut hec nobis essent facultates. ut tibi quemadmodum optamus de subito subsidio possemus subuenire Non tamen tibi deesse intendimus quin et ultra vires nostras saluti quod non minus necessario quam libenter magnoque animo faceremus. et defensioni tue consulamus. Nam quo facilius vim et tempestatem istam et sustinere et repellere possis, en mandamus ut devotioni tue ex nonnullis pecunijs propter sanctam cruciatam *Ragusij* et per *Dalmatiam* collectis certa pars tibi consignetur licet carissimi in Christo filij nostri *Hungarie* et *Bosne* Reges Jllustres ad eas pecunias animum adhibuissent et multifariam summisque precibus apud nos egerint ut subuentionem illiusmodi pecuniarum ipsis faceremus, cum ipsi pro fide catholica quasi continue cum *Turcis* manus consere[re] et propter vicinitatem eos ne laxato impetu in christianitatem ferantur reprimere et quasi ab aditu propulsare cogantur. Tu vero forti animo et constanti sis. tuorumque felicium gestorum et laudum rationem habeas. que cum Jam plena et consumata gloria ubique insigni preconio apud catholicos predicentur, accedet eis cumulus maximus si senserint fideles nobilitatem tuam in tanto furore et impetu immanissimorum hostium non labefactam, sed suam strenuitatem et virilitatem presenti animo conservasse. Nemo enim est tam ignarus rerum qui non summis laudibus ad celum te extollat et de tua nobilitate tamquam de vero athleta et propugnatore nominis christiani non loquatur De nostra vero Jn te caritate non multa hic dicere decrevimus, nam quanta ea sit re et effectu cupimus tibi ostendere. Scripsimus enim *(f. 123)* legato classis nostre qui in oriente est ut cum classe nostra vel illius parte tibi si necesse fuerit oportuno sit subsidio. Quod si impetus ipse iminentis procelle paulisper sustinebitur nec statim tempestati huic succubueris, insequens serenitas mala omnia lavabit. Etenim hoc hieme tot fiunt apparatus a christifidelibus, quos universo orbe assidue monitiones preces et lachryme nostre excitarunt, tantusque concursus christianorum potentatum erit ad excindendam pessimam nationem *Turchorum* ut divino oraculo et numine quodam presagiente, rati simus canem illum rabidum et serpentem hunc *Turchum* qui nunc delitescit, nunc per danna (dominia?) christianorum emergit et grassatur in populum dei, domitum et fractum dimissis que male occupavit in perditionem et ruinam missum iri. Vere primo videbit tua devotio mirabilia et spurcissimos istos *Turchos* cum gaudio et letitia repressos et fugatos cernes qui nunc per summum scelus capiti tuo tuorumque subditorum Jnsultant. Nec te moueat Jactura, aut strages qua tui forsan affecti sunt. Maiora enim succedent que duplici fenore amissa Jnstaurabunt et tibi tuisque perpetuam requiem et felicitatem afferent. Hec enim non vane loquimur. sed facta fidem facient verbis nostris ut Jn alijs sepe visum est. Anno superiore cum perfidus *Turchus* *Hungarie* immineret: quis non tremebat? cum tantum furorem tantamque audaciam potentissimi hostis cernerent christianitati impendere? Sed immortalis deus nostris et aliorum christifidelium precibus inclinatus, succurrit populo suo et innumerabilis illa multitudo tamquam nebula

ad solem dilapsa et dissipata est monstrumque illud nefandissimum in turpissimam fugam consilij egens: et diffidens rebus suis ad latebras interiores regnorum suorum fugam arripuit, magna hec fuerunt. sed maiora restant que deus faciet pro tutela populi sui: Potentie undique concitate sunt ut terra marique confluant ad eam pestem exterminandam. Superest ut tua devotio solita constantia et fortitudine tamquam miles et athleta Christi inuictus viriliter sustineat impetum istum qui divino subveniente brachio, cito ad nihilum redigetur pro colligendis autem et consignandis tibi pecunijs prefatis mittimus Jn *Dalmatiam* dilectum filium *Iohannem nauarr* scutiferum nostrum ut etiam ad tuam nobilitatem se conferat et quantum placuerit ibidem stet. Datum etc. Xj.mo Septembris MCCCCLVIIJ° Anno iij°.
*Georgio Castriotti Scandarbech Albanie* domino.

## 261

1457 IX 14

*F. 123v.* Stephano (Kosača) Bosnae *Duci.*

Iohannem Navarr *in* Dalmatiam *et* Albaniam, *iter auxilii* Skanderbego *dandi causa aggredientem, commendat.*

Fuerunt expedita sub ista forma [alia] XXX.

*Calistus* etc. Dilecte fili Salutem etc. Mittimus ad partes illas pro nonnullis negotijs statum fidei catholice et religionis christiane concernentibus dilectum filium *Iohannem navarr* familiarem et scutiferum nostrum presentium exhibitorem, eidem super premissis commisimus nonnulla nobilitati tue nostri parte referenda, super quibus velis sibi tamquam persone nostre plenam fidem adhibere. Datum xiiij Septembris 1457 Anno iij°
Duci *Stefano de Bosna.*

## 262

1457 IX 17

*F. 123v.* S. Angeli *Cardinali.*

*De pecuniis decimae et cruciatae gratia in* Dalmatia *collectis et inter* Hungariae *et* Bosnae *Reges necnon* Skanderbegum *distribuendis.*

*Calistus* etc. Dilecte fili salutem etc. Quia certiores effecti sumus per collectores nostros apud *Dalmatiam* ratione decime et cruciate plures pecunias congregatas fuisse et quod in maiori summa etiam in futurum congregari sperantur decrevimus illas certo modo inter Carissimos in Christo filios *Hungarie* et *Bosne* Reges illustres necnon dilectum filium nobilem virum *Scandarbech Albanie* dominum distribui facere. Jtaque Dilectum filium *Iohannem Nauarr* familiarem nostrum et presentium latorem pro ea re in *Dalmatiam* misimus ut super distributione dictarum pecuniarum quemadmodum a nobis habet in mandatis voluntatem et mandata nostra exequatur, Et ad prefatum *Scandarbech* personaliter accedat eique voluntatem nostram erga eum et animum quo circa distructionem *Turchorum* flagramus notificet, et alia nonnulla referat que habet a nobis Jn commissis. Et quoniam forte eundem *Iohannem* cui dedimus breuia credentialia ad prefatos Reges *Hungarie* et *Bosne* super negotijs fidei et cruciate ad tuam circumspectionem continget accedere jntellecto per te quod a nobis habet in mandatis ut ad eosdem Reges non accedat nisi de tua voluntate et illa si videbitur quod ire debeat Jnstrues eundem ut diximus per aliam viam paucis diebus ante latissime tibi scripsimus misimusque bullam festi transfigurationis et officium quod edidimus, dedimusque tuo procuratori hic tria milia ducatorum ut in predictis literis nostris continetur. Datum etc. die xvij Septembris 1457.
Cardinali *Sancti Angeli.*



## 263

1457 IX 17

*F. 123v.* Georgio Castrioti.

*De pecuniis in* Albania *collectis et colligendis,* Skanderbego *consignandis.*

*Calistus* etc. Dilecte fili salutem etc. Scribimus tue nobilitati per alias literas nostras sub bulla plumbea respondendo his que, tuo nomine exposuit dilectus filius abbas [*Georgius Pelini*] etc., quem ad nos misisti, Postea vero Jntelleximus venerabilem fratrem nostrum Archiepiscopum *Croiensem (recte: Craiensem)* ab hac luce, migrasse, qui quoniam nuncius et collector noster erat et ut Jntelleximus nonnullas pecunias ratione Collectorie et Cruciate collectas habebat mandauimus *(f. 124)* dilecto filio *Iohanni Navarr* exhibitori presentium quem ad tuam nobilitatem mittimus ut omnes pecunias que per dictum collectorem nostrum de prefatis esse *(?)* dimisse reperientur et quascumque alias ratione Cruciate in *Albania* per quoscumque nostros collectores subcollectores seu nuntios collectas et infuturum colligendas et penes quoscumque existentes tue nobilitati consignari nostro nomine faciat Jtaque dilecte fili ut facis persevera Jn tua semper *(?)* devotione tuende et defendende fidei catholice, nam deus cuius res agitur non deseret causam suam sed tibi et alijs christianis de perditissimis *Turchis* et alijs infidelibus victoriam cum summa gloria et triumpho pro certo dabit Nosque et ultra vires nostras. in his promptos habebis prout

latius Jntelligere poteris ab eodem *Iohanne* commissario nostro quem tibi specialiter commendamus, Datum ut supra.
*Georgio Castriotti Scandarbech Albanie* domino.

## 264

1457 IX 18

*F. 124.* Ragusaeis.

*Ragusaeos,* cum *cruciatae pecunias, partim* Martino Clarini *sociorumque* de Pazis *procuratori et partim* Hungariae *et* Bosnae *Regibus atque* Skanderbego *distribuendas adhuc non consignent, ad id faciendum, excommunicationis poena comminata hortatur.*

*Calistus* etc. Dilecti filij salutem etc. Scripsimus nuper devotionibus vestris ex animo et voluntate nostra ut pecunias illas istuc pro sancta cruciata collectas et per dilectum filium fratrem *Marianum de Senis* collectorem nostrum et sedis apostolice nuntium apud vos seu vestros depositas, et quas in futurum deponi contingeret dilecto filio *Martino Clarinj* mercatori *florentino Ragusij* commoranti cum effectu consignaretis: recipienti nomine dilecti filij *Petri* et *Jacobi de Pazis* et sotiorum de romana curia qui pro ipsa Cruciata in magnis nostris necessitatibus de pluribus pecuniarum quantitatibus nobis subuenerunt et subuenturos si opus sit sese pollicentur, quod quidem minime adhuc a uobis factum esse audimus: et de ea re non paruam admirationem capimus, credebamus enim vos promptiores futuros in exequenda voluntate nostra in re tam iuxta et bonum totius fidei christiane concernenti. quod toti orbi patet cum quicquid habuimus habemus et habere possumus soli nos in negotio fidei et prosecutione negotij sanctissime Cruciate contra perfidissimos *Turchos* christiani nominis hostes teterrimos exposuerimus et deliberamus. Quare ne ulterius in hac re supersedeatur et creditum apud mercatores qui in his fidei necessitatibus non paruo nobis sunt adiumento conservationis omnino volumus dictis sotijs marcatoribus *de Pazzis* satisfiat. proptereaque mittimus istuc et ad alias partes dilectum filium *Iohannem navarr* scutiferum nostrum presentium exhibitorem Cui commissimus ut omnes et singulas eas pecunias istic et alibi per totam *Dalmatiam* collectas nomine nostro recipiat et satisfacto dictis mercatoribus et sotiis *de Pazis* usque ad summam decemmilium *(verso)* milium *(sic)* ducatorum residuum ipsarum pecuniarum inter equas partes dividat et carissimis in Christo filij[s] nostris *Hungarie* et *Bosne* Regibus Illustribus duas Tertiam vero dilecto filio *Georgio Scandarbech Albanie* domino persoluat ut earum adiumento viriliter in *Turchos* depugnare possint. prout in bulla commissionis huiusmodi dicti *Iohannis* *nauarr* plene continetur et latius ab ipso audietis, cui fidem dabitis. Hortamur jtaque vos et in virtute sancte obedientie ac sub excomunicationis pena mandamus ut sine ulteriori mora et difficultate aliqua mandata nostra circa pecunias collectas et colligendas tamquam filij boni obedientie exequamini et exequi faciatis eisque omnino pareatis et obediatis quemadmodum confidimus et speramus ne oporteat nos contra vos si contrarium attemptaueritis quoquo modo censuris ecclesiasticis et alijs opportunjs remedijs procedere tamquam sacrilegos et bonorum ecclesiasticorum occupatores alienum enim esse debet cuilibet christiano que ex cruciata colliguntur usurpare aut quoquomodo retinere seu differre et tam iussibus nostris apostolicis contraire
Datum xviij Septembris 1457 Anno iij°
Prioribus, Consilio et Communj *Ragusij.*



## 265

1457 IX 18

*F. 124v. Fr.* Mariano de Senis.

*De pecuniis* Ragusii *depositis.*

*Calistus* etc. Dilecte fili salutem etc.

Admirati valde fuimus et sumus de tarditate et negligentia istic habita circa ea que iam pridem iteratis literis tam *Ragusinis* quam tibi scripsimus super pecunijs istic collectis et depositis pro sancta Cruciata ut videlicet illas consignares et consignari faceres *martino Clarini* mercatori *florentino* commoranti *Ragusij* recipientique nomine dilecti filij *Petri* et *Jacobi de Pazis* sociorum de *Romana* Curia qui in magnis negotiorum Cruciate necessitatibus de magnis pecuniarum summis nobis subuenerunt. Quare ut ex predictis pecunijs satisfiat eisdem mercatoribus usque ad summam decemmilium ducatorum et residuum distribuatur inter carissimos Jn Christo filios *Hungarie* et *Bosne* Reges Illustres [et] dilectum filium nobilem virum *Scandarbech Albanie* dominum mittimus ad partes illas dilectum filium *Iohannem nauarr* scutiferum nostrum et presentium exhibitorem ut plenius videbis Jn bulla commissionis per nos sibi facte. Jtaque devotionem tuam hortamur eisdem Jn virtute sancte obedientie et excommunicationis sententie late mandamus ut omni studio cura Jndustria et diligentia des operam ut de pecunijs per te collectis dictis mercatoribus usque ad summam x.m ducatorum consignetur et de reliquo collecto et colligendo voluntas nostra omnino exequatur quemadmodum prefato *Johanni* commisimus. Jn quo taliter te habeas ut a nobis prout facimus non Jmmerito commenderis teque gratijs et beneficijs prosequi valeamus *(125)* Et caueas

de contrario ne te si contrarium attemptaueris alijs gravissimis penis affligere cogamur. et etiam contra *Ragusinos* et quosuis alios detentores ex Cruciata proventuum si quoquomodo tam Justis mandatis nostris non paruerint vel quoquomodo distulerint excommunicationis et Jnterdicti ac alijs censuris et penis ita Jnsurgemus contra *(recte:* quatenus*)* eos contraire mandatis huismodi apostolicis penitebit Datum ut supra
*Mariano de Senis* ordinis minorum nuntio et collectori apostolico.

## 266

1457 IX 19

*F. 125.* Iohanni Navarr.

*Ut ampliori et celeriori subsidio* Skanderbego *succurratur praeter pecuniarum partem* Ragusii *collectarum, quae cruciatae gratia in* Albania *collecta sunt ei consignari iubet.*

*Calistus* etc. Dilecte fili salutem etc. Et si per nostras literas sub bulla plumbea tibi commisimus ut omnes et singulas pecunias collectas et colligendas pro sancta Cruciata per totam *Dalmatiam* recipias easque exceptis x.m ducatorum de Camera quos factoribus banchi *de Pazis* et sotiorum mercatorum *romane* Curie et in partibus illis moram trahentibus assignarj volumus inter equas partes divisas carissimis in Christo filijs nostris *Hungarie* et *Bosne* Regibus Illustribus necnon dilecto filio nobili viro *Georgio Scandarbech Albanie* domino distribuas prout Jn ipsis nostris literis latius continetur. Tamen quia Jntelleximus bone memorie Episcopum *Croiensem (recte:* Archiepiscopum *Craiensem)* qui in partibus illis apostolice sedis nuntius et collector erat ab hac luce migrasse, et nonnullas pecunias reliquisse quas pro eadem Cruciata collegerat collegerat *(bis)* Volumus et tenore presentium tibi committimus et mandamus. ut postquam Jn *Albania* ut tibi committimus [te] contuleris ilico pecunias huiusmodi a dicto Episcopo Relictas et alias quascumque ratione decime et Cruciate Jn terris prefati *Scandarbech* et *Albania* collectas et colligendas [a] quibusuis collectoribus subcollectoribus et depositarijs aut alijs Jn quorum manibus esse continget recipias petas et exigas easque Jntegre prefato *Georgio Scandarbech* aut eius procuratori aut negoriorum gestori nomine nostro ultra alias pecunias quas eidem ex prefatis dari mandamus tradas et assignes ut ampliori subsidio et sceleriori *(recte:* celeriori*)* ipsi *Scandarbech* ut cupimus succurratur, mandantes dictis depositarijs collectoribus subcollectoribus et alijs prefatis ut sub pena excommunicationis late sententiae pecunias predictas tibi sine mora aut dilatione Integre consignent Jn



contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Datum etc. die xviiij Septembris Mccoclvij Anno iij.
*Iohanni Nauar* familiari et scutifero nostro.

## 267

1457 IX 20

*F. 125v.* Francisco Foscari, Venetiarum *Duci.*

Iohannem Navarr *mandatum* Ragusii *expleturum commendat.*

*Calistus* etc. Dilecte fili salutem etc. Cum pro defensione fidei orthodoxe et ad excidium nefande nationis *Turchorum* et Jnfidelium, dies ac noctes animus noster sine ulla anxietatis requie non solum quicquid per nos fieri potest an compararj ad hoc divinum opus conficendum terra marique efficimus, in quo iam orbi palam est quam incredibile *(recte:* incredibili*)* celeritatem *(correctum:)* celeritate classem in magnis rerum difficultatibus fabricarj simul et emittj fecerimus. quantamque mole Jmpensarum pro ea augenda et sustentanda opprimamur, sed et non desinimus omnibus modis christifideles principes ad hanc necessariam amprisiam excitare et excitatos opportunis subventionibus et subsidijs quantum possumus adiuvare, Mittimusque Jmpresentiarum dilectum filium *Iohannem nauarr* nostrum presentium exhibitorem *Ragusium* et ad alias *Dalmatie* partes: ut nostro et sedis epostolice nomine pecunias Jn ipsis partibus quomodocumque collectas accipiat et Juxta commissionem per nos sibi factam inter carissimos in Cristo filios nostros *Hungarie* et *Bosne* Reges illustres necnon dilectum filium nobilem virum *Georgium Scandarbech Albanie* dominum equis portionibus distribuat: ut earum subsidio alteri ad expugnationem *Turchorum* virilius animentur, alter scilicet *Scandarbec,* intra cuius fines exercitus seuissimi hostis grassatur facilius impetum eius sustentare possit Quare superfluum existimamus pluribus super his cum tua nobilitate agere, ipsa enim res loquitur que cum necessaria et honestissima sit decet nobilitatem tuam pro eius uotiua executione nobis non modo morem gerere sed fauorabiliter et pro uiribus assistere ut debito effectus *(recte:* effectui*)* res ipsa quam primum demandetur. Hortamur itaque et stricte requirimus ipsam Nobilitatem tuam. ut dicto *Johanni nauarr* pecunias huiusmodi sine ulla contradictione accipere permittat et acceptas secundum laudabilem ordinationem nostram distribuere exibendo ei fauores oportunos in omnibus: que tua nobilitas necessaria cognoscet aut eandem dictus *Johannes* duxerit requirendam datum etc. die xx Septembris 1457 Anno iijo.
*Francisco Foscari* Duci *Venetiarum.*

**268**

(1457 IX)

*F. 125v*. B. Vilae *et* I. Pou.

*Per* Andream Cornarium *magnam vini, tritici, et aliorum vectigalium quantitatem classi mittet.*

**269**

1457 IX 24

*F. 126*. G. P. Fonollet.

*Brevis pars prima de collectoria. Dein Classis contra* Turcarum *fustas et* Skanderbegi *in* Albania *victoriae nunciantur.*

Classis nostra orientalis cum legato nostro sulcat maria orientalia triumphando et his diebus proximis non solum terras sed et fustas ultra xxx *Turchorum* armatas captiuauit et in *Albania* et ubique victoria adeo continue nobis datur contra perfidos *machometicos* Et ne verbis Jnsistamus temporibus nostris secta machometica redigetur ad nihilum perfidos gladio et obedientes in augmentum baptismo et ve illis qui aliter sentiunt vel attemptant Et bene attendas ad ea que in bulla celebris festivitatis transfigurationis dominice quam tibi mittimus cum alio brevi nostro exponunturque miraculosa et non humana censentur et celare tam grandia vel dissimulare quam grande peccatum existat cogitet quisquis fidelis Datum etc. die xxiiij Septembris 1457 Anno iij°.

**270**

1457 IX 24 – *F. 119*. Assisiensi *Clero.*
1457 IX 24 – *F. 126v*. Pisaurensi *Episcopo.*
1457 IX 24 – *F. 127*. *Fr.* Iohanni de Curte.
1457 IX 24 – *F. 127*. *Fr.* Francisco de Carbonibus.
(1457 IX-X) – *F. 127v*. G. P. Fonollet.
1457 X 7 – *F. 128*. L. Cescases.

*His omnibus de collectoria.*

**271**

1457 X 22

*F. 129*. Ragusaeis.

Ragusaeorum *excusationes frivolae habentur, et ipsi ad pecuniam consignandam ulterius hortantur.*

*Calistus* etc. Dilecti filij salutem etc. Recepimus literas vestras per quas Jntelleximus quid scribitis super facto pecuniarum Cruciate istic collectarum. Et quia quid de istis pecunijs fieri velimus dudum mature et opportune disposuimus: ita ut de huiusmodi dispositione nostra et Rex *Hungarie* et vos ipsi merito contentarj debeatis. Misimus superioribus diebus unum familiarem et scutiferum nostrum plene super huiusmodi dispositione nostra informatum: qui si nondum istuc applicuit prope diem tamen speramus affuturum a quo plenissime Jntelligetis oportunam dispositionem et ordinationem quam de ipsis pecunijs fecimus. Hortamur igitur devotiones vestras ut quemadmodum per eundem scutiferum nostrum scripsimus et ex eo Jntelligetis ita velitis ea que scribimus executioni mandare; et quantum vobis referet idem scutifer nomine nostro adimplere, excusationes vestras friuolas reputantes nisi parueritis tam Justis mandatis nostris sencietis quid est mandatis apostolicis contraire, non enim ad *(verso)* Regem sed ad nos et ad sedem apostolicam disponere pertinet de omnibus et singulis ex cruciata peruenientibus vosque cum effectu faciendo quod mandamus Jndemnes vos tuebimini. ut benignitas sedis apostolice deuotis suis consueuit Datum xxij octobris 1457 Anno iij° Rectori et Consilio Regiminis Civitatis *Ragusij*.



**272**

1457 XI 1

*F. 129v*. Cosimo de Medicis.

*Quae* Antonius de Venetiis *in* Castella *et* Legione *collegit, per* mediceos *statim* Romam *transmittantur.*

**273**

1457 XI 7 – *F. 129v*. Michaeli Isalguer *in* Sicilia *Collectori.*
1457 XI 17 – *F. 130*. G. P. de Fonollet.
1457 XI 17 – *F. 130v*. Tarragonensis *Provinciae Clero.*
1457 XI 18 – *F. 131*. M. Isalguer.

*His omnibus de collectoria.*

**274**

1457 XI 29

*F. 132*. S. Angeli *Cardinali.*

*Pontifex principibus omnibus scripsit ut eorum oratores de cruciatae rebus acturos mittant. Deus qui* Mitilenensibus *vires dedit ut se a* Turcis *defenderent, adiuvabit. Festi diei Transfigurationis institutoriam bullam mittit; per aliam epistulam de calumniis scribit quae in* Germania *adversus Pontificem propalantur, quas propter subdiaconum* Rovarellam *illuc misit.* Trevirenses *optimas oblationes fecerunt.*

**275**

1457 XI 29

*F. 133v*. Strigoniensi *Cardinali*.

*De Principum oratoribus ad dietam a Pontifice convocatis.*

**276**

1457 XI 30

*F. 134*. Laurentio Rovarella *in* Germania *Nuntio*.

*Pontificem de conspiratione quam* Germani *a* romanis *rebus abhorrentes faciunt, certiorem reddat; cruciatae necessitates atque* germanorum *oratorum in* romano *coetu praesentiam promoveat.*

**277**

1457 XII 3

*F. 136*. Ragusaeis.

*Excommunicationem minatur nisi quae debuerant intra decem dies tradant.*

**278**

1457 XII 3

*F. 137*. Iohanni Navarr.

Ragusaei, *subterfugiis et tergiversationibus usi in pecuniis consignandis, magnas ecclesiasticas poenas incurrunt. De « strenuo milite et Dei Athleta* Skanderbego » *instanter notitiam petit.*

*Calistus* etc. Dilecte fili salutem etc. Accepimus literas tuas quibus nobis significasti diligentiam et studium quod fecisti apud *Ragusinos* ut pecunias res et bona apud eos collecta Juxta commissionem per nos tibi factam haberes tergiuersationesque et subterfugia quibus idem *Ragusini* utuntur in consignandis huiusmodi pecunijs. fuit satis molestum *Ragusinos* eosdem nostram et sedis apostolice reuerentiam tam paruificare et existimare in hac re presertim fidei et sanctissime Cruciate. Quare subterfugia eorum egre ferentes, nec ultra ea ferre volentes scribimus eis sub magnis penis quas volumus ipso facto incurrant ut tibi dictas pecunias res et bona quemadmodum alias eis scripsimus et tibi commissimus tibi tradant et consignent prout in literis quarum copiam hic Jussimus Jntracludi plenius poteris videre. Itaque fili dilecte te hortamur ut omni cura studio diligentia mente denique tota enitaris ut dicte pecunie res et bona ratione cruciate collecta quemadmodum mandauimus tibi consignentur et solutis Xm. ducatorum societati *de pazis* cui obligati sumus reliquum volumus ut nonobstante quacumque



alia commissione per nos tibi facta, de ipsis per te distribuendis personis notatis in commissione quarum distributionem Justis et rationabilibus causis animum nostrum mouentibus nolumus fieri nullo modo ad presens sed omnes illas pecunias prefate societati *de pazi (?)* similiter consignarj quod cum feceris nos confestim auisare procures ut tibi super ipsis precipere valeamus prout res exegerit ad gloriam dei, sic igitur te habeas in omnibus ut laudem et retributionem a nobis merearis ut de te confidimus et speramus, Affectamus scire valde de statu *Albanie* et illius strenui militis et dei athlete *Scandarbech* et quid cum eo peregisti Nos enim conuocationem facimus Imperatoris Regum et potentum christianorum ad nos per oratores suos cum quibus hac hieme taliter effectiue operabimur ad exaltationem fidei ortodoxe ad perditionem perfidi *Turchi* et damnate secte machometice quod in estate ipse *Scandarbech* et alii catholici Cristo dante ut victores contra inimicos fidei quiescent et triumphabunt undique. Datum ut supra proxime. *Iohanni Nauarr* scutifero et commissario nostro.

**279**

1457 XII 4

*F. 134v. Classis Legato.*

*Principibus scribere caveat Pontifice inscio. Pontifex omnium principum oratores ad diaetam suo quoque mense convocavit; auxilia non pauca promittuntur. Ad classem vectigalibus fulciendam cum* Andrea Cornario *in* Cipro *degente transegit. Classem disgregari non consentiat.*

**280**

1457 XII 4

*F. 135v*. B. Vilae.

*De classis enervatione dolet. Pontifex tot impensas pro ea facit, quamvis, post trium insularum occupationem, valde parum obtinuerit. Omnibus animum addat.*

**281**

1457 XII 12

*F. 143v. Magistro* Alano.

*De collectoria.*

**282**

1457 XII 12

*F. 143v*. Casaenovae *Abbati*.

*De collectoria.*

**283**

(1457 XII 12 ?)

*F. 144.* Singidunensi *Episcopo.*
*De collectoria.*

**284**

(1157 XII)

*F. 144v.* Maguntino *Archiepiscopo (secreta).*
*Archiepiscopum inter Pontificis adversarios connumerari posse non putat Pontifex, qui fere solus, omnibus viribus ad christianitatis defensionem laboret.*

**285**

(1457 XII)

*F. 144v.* Coloniensi *Archiepiscopo.*
*Eodem modo.*

**286**

(1457 XII)

*F. 144v.* Trevirensi *Archiepiscopo.*
*Eodem modo.*

**287**

(1457 XII)

*F. 145.* Bernensibus.
*Pontifex de eorum fidelitate audivit. Fidem calumniatoribus praebere nolint. Omnia quae colliguntur cruciatae devoventur, cui ut* Bernenses *auxilium ferant hortatur.*

**288**

1457 XII 20

*F. 137.* Alano *Cardinali.*
*Adversus* Turcas *qui in proximam aestatem ad bellum parantur, Pontifex oratores omnium christianorum principum convocavit; cardinalis quoque apud* Franciae *Regem et* Britanniae, Burgundiae Sabaudiaeque *Principes agat.*

**289**

1457 XII 20

*F. 143.* Tutellensi *Episcopo.*
*De collectoria.*



**290**

1457 XII 20

*F. 143.* Virodunensi *Episcopo.*
*De eadem re.*

**291**

1457 XII 20

*F. 147.* Ludovico Sabaudiae *Duci.*
*Pontifex de eius bona dispositione ad cruciatam iuvandam et de eius filio ad bellum proficisci parato audivit.*

**292**

1457 XII 20

*F. 147.* Geotino de Nores *militi.*
*Erga cruciatam ferventem laudat.*

**293**

1457 XII 20

*F. 147v.* Iohanni de Grolea.
*De collectoria.*

**294**

1457 XII 20

*F. 147v.* Granatensi (?) (Gratianopolitano?) *Episcopo.*
*De collectoria. Principibus cunctantibus, solus Pontifex sua classe christianis orientalibus invocantibus auxilium fert.*

**295**

1457 XII 21

*F. 145v.* Viennensi Delphino.
*Pro Cruciata ferventem laudat.*

**296**

1457 XII 21

*F. 145v.* L. Cescases.
*De collectoria.* Marinus de Fregenis Romam *revertatur.*

**297**

1457 XII 21

*F. 145v.* Philippo Burgundiae *Duci.*
*Oratores ad dietam mittat.*

**298**

(1457 XII)

*F. 146.* Calabriae *Duci* (Iohanni Andegavensi Lotaringiae *Duci idemque titulo* Calabriae) (secreta).

*Pro cruciatae necessitatibus* Casaenovae *Abbatem collectorem commendat.*

**299**

1457 XII 23

*F. 148. Praeceptori de* Isment.

*Eius devotionem laudat et ut usque adlaboret hortatur.*

**300**

(1457 XII ?)

*F. 148v.* Maguntino *Episcopo.*

*Eum non detractorem, immo potius pontificiae auctoritatis defensorem Pontifex putat.*

**301**

1457 XII 23

*F. 138.* Marino de Fregenis, *in quibusdam* Germaniae *regionibus Nuntio.*

Romam *revertatur.*

**302**

1457 XII 26

*F. 138v.* Silvensi *Episcopo.*

*Nisi* Portugalliae *Rex intra aprilem mensem cum classe solverit,* Silvensis, *omnia quae collecta sunt secum ferens,* Romam *revertatur.*

**303**

(c. 1458 I 7)

*F. 149v.* L. Cescases.

*De collectoria et* Marino de Fregenis. *Tres Electores Episcopos identidem edoctos de cruciatae rebus faciat.*

**304**

1458 I 7 – *F. 150.* Marino de Fregenis.
1458 I 9 – *F. 139.* Francisco Coppino *Commissario.*
1458 I 10 – *F. 139.* Mediolanensi *Duci.*
1458 I 10 – *F. 139v.* Francisco Coppino.
1458 I 23 – *F. 140.* Antonio a Venetiis, *Nuntio.*



1458 I 29 – *F. 140v.* Genesio de Parma.
1458 I 30 – *F. 140v.* Iohanni Vergormensi *Duci eidemque* Tiptensi *domino.*
1458 II 4 – *F. 141.* Franc. Coppino, Interamnensi *Episcopo Electo.*
1458 II 6 – *F. 141v.* Ragusaeis.

*His omnibus de cruciata.*

**305**

1458 II 6

*F. 141v.* Iohanni Navarr.

*Excommunicationis et interdicti poenis* Ragusaeos *mulctari mandat.* Skanderbego *oportunam subventionem misit.*

*Calistus* etc. Dilecte fili salutem etc. Scripsimus tibi novissime ut non obstantibus quibusuis alijs commissionibus per nos tibi factis quas iustis causis exequi nolebamus, efficeres quod omnes pecunie res et bona ratione Cruciate *Ragusij* et in tota *Dalmatia* collecta et colligenda consignarentur cum effectu *Martino Clarini* mercatori *florentino* pro societati *(sic) de pazis Ragusij* existenti, et ut ita fieret sub excommunicationis late et interdicti et alijs gravioribus penis *Ragusinis* mandauimus. Credimus ita fuisse factum. Et si forsan non esset iterato sub eisdem penis et alijs cum rigore ipsis scribimus ut omnino efficiant que mandamus, circa cuius rei executione nonnulla etiam ordinauimus. Jtaque cum ob alia nostra negocia te hic optemus habere. Volumus et presentium tenore tibi mandamus quatenus visis presentibus posthabitis quibuscumque te ad nos conferas. Venias tamen de omnibus rebus quas ad nos scire pertineat ita Jnformatus ut ex te ea que ex istis partibus scire optamus, Jntelligere valeamus, dilecto autem filio *Georgio Castrioth Scandarbech* subuentionem oportunam fecimus quam per oratores suos quos ad nos misit prope diem habebit. Datum etc. die Sexta Februarij Mccccclviij Anno III *Johanni Nauarr* Scutifero et Commissario nostro.

**306**

1458 II 6

*F. 142.* Georgio Castrioti.

*Laudes maximas et V milium florenorum auxilium, nuntia etiam de christianorum principum cruciata instituenda mittit.*

*Calistus* etc. Dilecte fili salutem etc. Fuerunt apud nos dilecti filij oratores tui, quos ad nos misisti, quibus accurate et prudenter que a tua Nobilitate in mandatis habebant referentibus, Jntelleximus clades que a seuissimis *Turchis* Jn tuis terris et partibus istis illate fuerunt, et

admirandam animi tui magnitudinem et fortitudinem quam contra eos ut decet principem catholicum *(verso)* ad compescendum eorum furorem adhibes et labores continuos quos propterea sustines. Agimus deo gratias pro partibus istis per quas quasi per portam ad irrumpendum in christianitatem hosti perfido et seuissimo aditus patere possit [quod] te quasi obicem et murum fortissimum ad resistendum opposuerint et hostem eundem cum quo tibi conserta manu sepe depugnare oportet per te crebris cladibus cum tua maxima Laude et gloria afficiant. Utinam tui animi [emulos] ex ceteris principibus christianis haberemus, non quidem pro fidei tutela tam anxij et solliciti essemus: Persevera fili Carissime in deuotione et in sancto et salubri proposito tuo, nam cum pro fide Christi certes, sperare debes eum cui nihil est Jmpossibile et forcia queque paruis confundit quod te non deseret sed victoriam gloriosam de suis hostibus tibi dabit. Nos vero et si pro sustinenda classe in partibus orientalibus et alibi illaque roboranda et augenda vix facultates nostre sufficiant et alijs Jncredibilibus gravamur Jmpensis tamen ut pro laboribus et periculis sustinendis que te cum tuis pene continue subire oportet, plus facultatis habere possis facimus tibi subuentionem oportunam et quam possumus. Vm. florenorum de Camera, facturi maiorem in dies ut speramus ut ex tuis oratoribus prefatis quibus super premissis fidem habebis plenius Jntelliges. Conuocationem quam facimus Oratorum Imperatoris Regum et principum christianorum super prosequenda Amprisia contra *Turchum* iam tue nobilitati per alias literas significauimus. Venerunt iam aliqui ex eisdem speramus domino adiuvante rem taliter successuram quod parabitur oportunum auxilium ad prosecutionem huius felicissime Amprisie per omnes partes. Sis igitur ut es animo forti et magno nec te ulli metus terreant, nam dominus erit protector tuus qui vires tibi subministrauit ut cum summa tua laude et gloria victoriam de hostibus consequaris, Datum ut supra proxime
*Georgio Castriotti Scandarbech Albanie* domino.

## 307

1458 II 8

*F. 142v.* Alphonso Aragonum *Regi.*

Aragonum *Rex et Pontifex* Skanderbegum « *de universa christianitate optime meritum* », *alter alteri commendant.*

*Calistus* etc. Dilecte (*cancellatum*) Carissime in Christo fili salutem etc. Fuit apud nos dilectus filius *Iohannes nlvport* (*recte: nevport, id est* Newport*)* miles *anglicus* presentium exibitor ex quo et ex literis tuis



quas nobis attulit Jntelleximus quanta affectione dilectum filium nobilem virum *Scandarbech Albanie* dominum nobis commendaris: quod nobis fuit iocundissimum: tam et si nostrapte voluntate illum pro suis virtutibus et ingentibus factis: quibus *(f. 143)* non solum de nobis sed de uniuersa christianitate optime meritum arctiori quam dici possit caritate complectamur. Videmus enim eum prope solum furori seuissimorum *Turchorum* quasi mirum *(recte:* murum?*)* quendam firmissimum esse oppositum: qui ipsorum aditum precludit ne in christianitatem irrumpant. nec nos latet quot cladibus ipse cum suis subditis affectus fuerit. Quas ob res licet undique intollerabilibus expensis fatigamur, propter substentationem classis nostre aliosque apparatus quos ad prosecutionem huius operis continue facimus: tamen ut idem *Scandarbech* ad resistendum Jnfidelibus animetur facimusque ei subuentionem V.m ducatorum, facturi ampliorem subuentionem quantum nostre subpeditare poterunt facultates: Hortantesque serenitatem tuam ut eidem *Scandarbech* uti etiam consueuisti oportunis subsidijs subuenire eumque tot angustiis circumseptum adiuuare velis. Super quibus eidem *Johanni* nonnulla commisimus celsitudini tue referenda, commendantes eidem ipsum *Johannem* qui ut decet christianum et catholicum viriliter magnoque animo in hoc sancto negocio operatur, cui in referendo super his nostro nomine fidem adhibeas Serenitas tua et ipsum contemplatione nostri commendatum habeat Datum etc. 8 februarij 1458
Regi *Aragonum.*

## 308

1458 II 9

*F. 153.* S. Angeli *Cardinali.*

In Hungaria *internae dissensiones christianorum defensionem labefaciunt.* Matthiam Corvinum gloriosi militis Iohannis de Hunyade filium *a carceribus liberandum curet. Id enim* Hungariae *pacificandae atque cruciatae iuvandae perutile erit.*

## 309

1458 II 17

*F. 150.* L. Cescases.

*De collectoria. Circa calumnias adversus Pontificem in* Germania *nihil agat, res enim cum Imperatoris oratoribus tractabitur.*

## 310

1458 II 23

*F. 150v.* Sabaudiae *Duci.*

*Bene erga cruciatam disposito, quae petit conceduntur.*

### 311

1458 II 23 – *F. 151.* Metensi *Subcollectori.*
1458 II 23 – *F. 151ᵛ.* Virodunensi *Subcollectori.*
1458 II 23 – *F. 151ᵛ.* Tutellensi *Subcollectori.*
1458 II 23 – *F. 151ᵛ.* Casaenovae *Abati.*
1458 II 25 – *F. 151ᵛ.* Metensis *Civitatis Consulibus.*
1458 II 25 – *F. 152.* L. Cescases.
1458 II 25 – *F. 152ᵛ.* Iohanni Soler Barcinonensi *Episcopo Electo.*
1458 II 26 – *F. 152ᵛ.* Triventano *Episcopo.*
1458 II 27 – *F. 154.* Virodunensi *Episcopo.*
(1458 II 27 ?) *F. 149.* Metensi *Episcopo.*
(1458 II 27 ?) *F. 154. Eidem.*
(1458 II 27 ?) *F. 154.* Tutellensi *Episcopo.*
(1458 II) – *F. 149.* Solettensi *Civitati.*
(1458 II) – *F. 149ᵛ.* Fabirgensibus (Friburgensibus?).
1458 III 8 – *F. 154ᵛ.* S. Salvatoris Metensis *Decano.*
*His omnibus de cruciata.*

### 312

1458 III 14

*F. 165ᵛ.* S. Angeli *Cardinali.*

*Magna laetitia audivit de pace, Cardinalibus* Strigoniensi *et* Carvajal *mediatoribus, inter* Hungariae *Magnates conclusa, et de* Matthiae *Regis,* Iohannis de Hunyade *filii, electione. Pontifex in fide defendenda perseverat, et quamvis* Germani *male de eo loquantur, tamen in auxilio Imperatoris spem positam habet.* Matthias *quoque suos oratores cum aliis ad diaetam convocatis mittat. Nullas inducias Rex* Turcis *concedat.* Rassiani *Despoti territorium, Sanctae Sedi devolutum, huius vice recipiat.*

### 313

1458 III 14

*F. 167.* Strigoniensi *Cardinali.*

*De iisdem negotiis.*

### 314

1458 III 14

*F. 168.* Matthiae Corvino, Hungarorum *Regi (secreta).*

*Pontifex de eius electione summopere gavisus est, qui res a patre suo gestas aemulabitur.* Numquam tanta occasio aut oportunitas oblata est cum post inclitam illam victoriam ductu patris tui christianis concessam, aliasque tam per classem quam in Oriente cum Legato continue tenuimus et tenemus quam per dilectum filium Nobilem virum *Scandarbechum* in *Albania* contra eundem *Turchum* habitas maxime attenuate sunt eorundem hostium uires. *Cum* Turcis *inducias non pangat, paciscatur potius cum Imperatore. Viduam* Georgii, Rassiae *Despoti et eius territorium ei commendat.*



### 315

1458 III 14

*F. 169.* Hungaris *Beronibus et Magnatibus.*

Duce Matthia, *Rege, gloriosi illius et invicti militis* Iohannis *filio, omnes* Hungari *contra* Turcas *congregentur.*

### 316

1458 III 14

*F. 170.* Michaeli (Szilagyi) *Regni* Hungariae *Gubernatori.*

*Electo Regni Gubernatori gratulatur.* Iohannis de Hunyade *contra* Turcas *gesta aemuletur; Regem etiam incitet ad bellum, et pacem cum Imperatore curet.*

### 317

1458 III 15

*F. 154ᵛ. Classis Legato.*

*De* Andrea Cornario, *qui classi iuxta pacta non providet, Pontifex dolet. Vectigalia et pecuniam mittit. Iam* Romam *multi Principum oratores pervenerunt. In* Hungaria Matthias *Rex electus est. Legatus animum erigat: Aestate adveniente magnum auxilium christiani Reges conferent. Classem disgregari non patiatur.*

### 318

1458 III 15

*F. 156ᵛ.* B. Vilae.

*Vectigalia classi allata fuisse, Legatum vero animo fractum esse audivit. Ipse* Vila *omnes soletur.*

### 319

1458 III 15 – *F. 156ᵛ.* (Petro Michaeli), Marchiae *Thesaurario.*
1458 III 15 – *F. 157.* Stephano de Nardinis Marchiae *Locumtenenti.*
1458 III 15 – *F. 157ᵛ.* M. Isalguer.
(1458 III 22) – *F. 107ᵛ.* Ludovico *et* Iohanni de Ianua, *Collectoribus.*
1458 III 24 – *F. 160.* Iacobo Exarch, Valentiae *Canonico.*
1458 III 24 – *F. 160.* Antonio Bon (Aragoniae) *Commissario.*
1458 III 27 – *F. 158.* Anconetano *Senatui.*
*His omnibus de collectoria.*

**320**

1458 IV 3

*F. 158. Classis Legato.*

*Classis etiam ad Principes incitandos necessaria.* Portugalliae *Rex cum magna classe veniet; auxilium ferent* Franciae *et* Aragonum *Reges; cum Principum oratoribus tractationes initium habuerunt. Classem ne deserat;* Marcus Cornarius *vectigalia classi suppeditabit.*

**321**

1458 IV 3

*F. 159. Fr.* Barutell.

*De servitio classi ab eo praestito laudat. Subsidium 400 ducatorum e tribuit et maiorem ad classem regredienti promittit.*

**322**

| | | |
|---|---|---|
| (1458 IV) | *F. 159v.* | M. Isalguer. |
| (1458 IV) | *F. 159v.* | *Fr.* Laurentio de Panormo *et* Iacobo *et* Petro *O. M. Obs.* |
| 1458 IV 19 | *F. 160v.* | *Fr.* Francisco de Carbonibus. |
| 1458 IV 19 | *F. 161.* | Petro Michaeli. |
| 1458 IV 19 | *F. 161.* | Iohanni Navarr. |
| (1458 IV 24 ?) | *F. 163.* | Marchiae *Thesaurario.* |
| (1458 IV 24 ?) | *F. 163.* | Iohanni Navarr. |
| (1458 IV 24 ?) | *F. 163.* | Francisco de Carbonibus. |
| (1458 IV 24 ?) | *F. 163.* | *Fr.* Iacobo de Ausculo. |
| (1458 IV 24 ?) | *F. 163v.* | Marchiae *Locumtenenti.* |

*His omnibus de collectoria.*

**323**

1458 IV 26

*F. 161v. (Episcopo N. N. in* Castella).

*Efficiat ut 50 milia florenorum ex subsidio* Castellae *imposito, collectori tradantur, cum pro classe maxime necessaria sint.*

**324**

1458 IV 26

*F. 161v.* G. P. Fonollet.

*De capitulo* barcinonensi *et aliarum civitatum decimam obtrectantibus.*



**325**

1458 IV 26

*F. 162.* Antonio Bon.

*De eadem re.*

**326**

1458 IV 28

*F. 162.* Silvensi *Episcopo.*

*Cum* Portugalliae *Rex proficisci cunctetur, nuntius pecuniam pro cruciata collectam ei non tradat et* Romam *revertatur secum illam ferens vel mittens.*

**327**

1458 IV 28

*F. 162v.* Alphonso de Guimeranis.

*De eius bonis officiis apud* Portugalliae *Regem laudat, sed Regi spem futuri auxilii pontificii dare recusat.*

**328**

| | | |
|---|---|---|
| (1458 IV 30 ?) | – *F. 165.* | M. Isalguer. |
| 1458 IV 30 | – *F. 165.* | Messanensi *Archiepiscopo.* |
| 1458 V 6 | – *F. 163v.* | Antonio Bon. |
| (1458 V 6 ?) | – *F. 164.* | G. P. Fonollet. |

*His omnibus de collectoria Pontifex scribit.*

**329**

1458 V 6

*F. 164.* Antonio de Venetiis, Castellae *Nuntio et Commissario.*

*Pontifex se forte Nuntium a* Castella *revocaturum dicit. Curet hic ut pecunia collecta si possibile tradatur.*

**330**

1458 V 13

*F. 171v.* S. Angeli *Cardinali.*

*Christiani Principes tepescunt et de suis tantum dissensionibus cogitant, sed Pontifex ad vitae usque finem in incoeptis perseverabit. Curet Cardinalis ne induciae cum* Turca *fiant nec dissensiones oriantur in suae legationis regionibus* (Omissis).

**331**

1458 V 13

*F. 173.* Hungarorum *Regi.*

*Ad concordiam cum Imperatore servandam et inducias* Turcae *non concedendas hortatur.*

**332**

1458 V 13

*F. 173.* Poloniae *Regi.*

*Similiter.*

**333**

1458 V 15

*F. 176v.* Strigoniensi *Cardinali.*

*Pacem in* Hungaria *et inducias* Turcis *non concedendas ei commendat.*

**334**

1458 V 15

*F. 176v.* Varadinensi *Episcopo.*

*De eadem re.*

**335**

1458 V 23

*F. 170v.* S. Angeli *Cardinali.*

Hungariae *Regem et Gubernatorem contra* Turcas *incitet et nullo modo inducias permittat; amicitiam cum Imperatore, cum* Poloniae *Rege et* Bosnae *et aliis principibus curet.*

**336**

1458 V 26

*F. 177.* Matthiae Hungariae *Regi.*

*Eius in* Turcas *animum commendat. Pacem cum principibus vicinis curet.*

**337**

1458 V 26

*F. 177v.* Michaeli (Szilagyi) *Regni* Hungariae *Gubernatori.*

*Mutatis mutandis sicut in praecedenti.*

**338**

1458 V 28

*F. 174v.* Venetiarum *Duci.*

*Eum acriter redarguit quod oratores ad diaetam non miserit. Hortatur ut fr.* Marianum de Senis *cruciatae praeconem et decimarum collectorem benigne excipiat.*

**339**

1458 V (29 ?)

*F. 174. Classis Legato.*

*Cum* Turca Hungariam *petat, ei per classem a tergo molestias ferre necesse est. Prout ei videbitur* Cipri *defensionem et aliarum insularum curet.*



**340**

1458 VI 3

*F. 176.* Michaeli Borgia.

*Quod* Skanderbego, *in cuius maxima ob* Turcarum *adventu necessitate auxilium praestiterit commendat; hortatur deinde ut ad pontificiam classem redeat.*

*Calistus* etc. Dilecte fili salutem etc. Fuit hic apud nos dilectus filius *Michael tarba* quem ad nos misisti ex quo et ex literis tuis quas nobis diligenter reddidit Jntelleximus seruitiun tuum bonum et causam ob quam a Classe nostra recesseris et ad *Scandarbechum* veneris, ob quod te de deuotione tua erga nos et sedem apostolicam ac obediencia plurimum in domino commendamus teque hortamur ut perseuerare et continuare velis quemadmodum Jn te confidimus et speramus. Aduentus tuus ad *Scandarbechum* constitutus erat in necessitatem maximam, placuit nobis multum quod oportuno tempore a nobis per te succursum habuerit, cum feceris id quod maxime ei opus fuit Volumus reuertaris ad eamdem Classem nostram ad quam per viam *Ancone* misimus sex naues onustas grano et alijs victualibus per *Johannem Nauarr* qui etiam pro eadem Classe pecuniam numeratam in bona summa portat, sunt iam multi qui etiam pro eadem Classe *(haec quinque ultima verba sunt cancellata)* dies quibus recessit ex *Ancona* et ut arbitramur ad dictam Classem debuit applicuisse facimus fieri et aliam prouisionem granj et rerum aliarum quam per totum mensem Augusti Jndubie ad Classem eandem mittemus. *Michaeli* uero tuo prefato dedimus hic cccc.tos ducatos de Camera pro subuentione tue galee. Jtaque pro tua erga nos deuotione grato et libenti animo studeas continuare in seruicio classis nostre quam illiusque legatum confortabis et animabis ad perseuerandum ad faciendum que decent Classem apostolicam, nam nos pro illius sustentatione et fortificatione continue laboramus et in breuj per scribam rationis dicte Classis mittemus Quattuor galeas quas hic iam paratas et in ordine habemus. Contractamusque cum oratoribus christianorum principum quorum multi hic apud nos iam sunt de prosecutione decent *(?)* huiusmodi Amprisie. Jtaque speramus quod mari terraque talis potencia fiet quod de perfidissimo *Turcho* et secta eius nephanda victoriam reportabimus deo cuius causa agitur auxiliante gloriosam.

Datum etc iij Junij 1458

*Michaeli de Borga.*

**341**

1458 VI 8

*F. 175.* Marino de Fregenis.

*Fama non bona de eo ad aures pervenit.* Romam *ad iustificationem suam properet. Quae collegit* Medicis *mercatoribus tradat, ex quibus Pontifex 5milia ducatorum mutuo accepit.*

342

1458 VI 8

*F. 175v. (Tribus N. N. depositariis).*

Conrado Pangrotiner *collectas pecunias consignent. Maxima enim necessitate laborat Pontifex, cum classem teneat et* Skanderbego *et aliis subveniat ne a* Turcis *damno afficiantur.*

*Calistus* etc. Dilecte fili salutem etc. Cum prosecutionem sanctissime Cruciate contra perfidum *Turchum* hactenus humeris nostris sustinuerimus et sustinere etiam quamdiu vixerimus usque ad sanguinis effusionem proponamus, oportet nos subsidia undique conquerere. Jtaque deuotiones vestras hortamur ut pecunias per dilectum filium *Marianum* [de] *fregeno* nuntium nostrum in partibus ipsis collectas et apud vos depositatas consignetis illico et sine aliqua difficultate dilectis filijs *Conrado pangrotiner* et socijs *de Norimberg,* quoniam de eis sumus bene securi, Jn quo ita diligenter vos habeatis ut de prompta obediencia et douotione valeatis a nobis commendarj. Nam necessitates nostre ob amprisiam huiusmodi sunt maxime, tenemus enim in partibus orientalibus Classem satis magnam Subuenimus *Scandarbecho* et alijs terris et locis ne a perfidis *Turchis* damnis afficiantur. Circa aliudque nostre cogitationes non magis versantur quam ut perfidum *Turchum* exterminare et perdere possimus ob quod habemus iam apud nos plurimos principum christianorum oratores cum quibus de huiusmodi prosecutione tractamus speramus quod talis mari terraque parabitur potentia quod deo auxiliante de nefanda secta *Turchorum* victoriam reportabimus gloriosam, De pecuniis huiusmodi per vos assignandis dictis mercatoribus mittatis ad nos quietantiam

Datum viij Junii etc.

343

1458 VI 15

*F. 179v. Fr.* Francisco de Carbonibus.

*De cruciata optime meritum in* Marchiae Anconetanae *et* Massae Trabariae *territoriis laudat Pontifex, optatamque licentiam religiosam domum repetendi concedit.*

344

1458 VI 28

*F. 179. Fr.* Angelo de Vulsinio.

*De collectoria.*



ARCH. VAT. ARM. XXXIX VOL. 8

## REGESTRUM BREVIUM APOSTOLICORUM MEI G. DE VULTERRIS, SECRETARII DE TEMPORE CALLISTI PAPAE TERTII.

345

1457 VI 15

*F. 1.* Brixiensi *Episcopo et* Manfredino de Ferrariis, *in dominio* Venetorum *collectori.*

*De collectoria.*

346

1457 VI 16

*F. 3.* Antonio *de* Empolia, florentino *canonico, in* Tuscia *collectori.*

*Bona a* Nicolao *de* Alexandria *O. P. pontificio officiali defuncto, in sui ordinis conventu relicta, recuperet.*

347

1459 (!) (recte: 1457) VI 22

*F. 5.* Iohanni Mozanica, *totius Ordinis Minorum Generali Ministro.*

*De collectoria.*

348

1457 VI 28

*F. 6.* Antonio Florentino *et* Iuliano Pisano *Archiepiscopis.*

*Redditus annorum 1456-1457* Antonii Frescobaldi, pisani *prioris* [*Ord.* S. Iohannis Hierosolimitani], Roberto Martelli, *in classe militanti, in eius stipendium tradantur.*

349

1457 VI 28

*F. 6v-7. Fr.* Iohanni de Neapoli, *O. P. S. Theologiae Professori.*

*De collectoria.*

350

1457 VII 14

*F. 8v.* Brixiensi *Episcopo et* Manfredino de Ferrariis.

*Cum* Iohannis de Curte *quaedam in collectoria culpae detectae sint, de rebus ab eo collectis inquirant et eum, si videbitur, in carceribus ad cautelam ponant.*

**351**

1457 VII 15

*F. 7v-8. Episcopi* Feltrini *in spiritualibus et temporalibus vicario Generali.*

Iohannes *quidam de* Reno, *per totum* Austriae *Ducatum pontificium commissarium se facit; in carceribus condatur et quae collegit sequestro dentur.*

**352**

(1457) VII 18

*F. 8v. Ragusaeis.*

*Pecunias apud eos depositas* Martino Clarini *tradant.*

**353**

1457 VII 25

*F. 9v.* Nicodemo Spinelli, florentino Venetiis *mercatori.*

*Eum pecuniarum in* Germania Hungaria Bohemia *et* Polonia *collectarum et colligendarum depositarium creat.*

**354**

1457 VII 25

*F. 10.* Iuliano Pisano *Archiepiscopo.*

*Cum* Antonius Frescobaldi *de rebus ei interceptis rationem non det, eum capiat vel appellet et compellat.*

**355**

1457 VII 29

*F. 10.* Antonino Florentiae *Archiepiscopo.*

Antonii Frescobaldi *proventus denuo intercipiat.*

**356**

1457 IX 10

*F. 10v.* Setiae *Potestati, Officialibus et Communitati.*

Iohannes Duratelli *800 librarum mulctam, pro pecunia classi data diminutam habuit.*

**357**

1457 X 22

*F. 12. Fr.* Cherubino de Perusio.

*Pro Confraternitatis Disciplinatorum bonis decima ad florenos 200 reducitur; clero audito, cum stata dies aderit, eos ad solvendum cogat.*



**358**

1457 XII 22

*F. 13.* Iuliano Pisano *Archiepiscopo.*

*Quae pro cruciata Archiepiscopus in deposito habet,* Urso de Liburno, Romam *mari ducturo, consignet.*

**359**

1458 I 23

*F. 15v.* Lucensi *Episcopo et* Nicolao de Luca (?) *O. P..*

*Quae fr.* Iohannes de Neapoli *pro cruciata collegit licitent.*

**360**

1458 V 17

*F. 23.* Iacobo Oliverij *Provinciae* Patrimonii *Thesaurario.*

*Illius regionis Officiales quae pro cruciata collegerint, ei consignant.*

**361**

1458 V 25

*F. 23.* Carolo de Medicis, florentino *canonico, Camerae clerico, in* Austria *collectori.*

Antonius de Empoli, *eius praedecessor defunctus, ante mortem neque collecta consignaverat, neque rationem reddiderat.* Mediceus *pro eo faciat.*

**362**

1457 *(recte:* 1458 ?*)* V 25

*F. 23v.* Gratianopolitano *Episcopo in sua dioecesi collectori.*

*Contra Episcopum qui decimas exigere vult a quadam abatiae domo, Abbas* S. Amadei *appellat, cum ipse pro monasterio et domibus subiectis, iam pecuniam* Casaenovae *abbati,* Tarantasiae *collectori solverit.*

**363**

*F. 28v.* Dominus *Callistus* Papa III obiit die sexta augusti 1459 *(recte:* 1458*)*. Dominus Pius papa secundus creatus die decimanona mensis augusti, die vigesima secunda ianuarii 1459 dominus *Pius* recessit de Urbe die vigesima sexta dicti mensis intravit *spoletum*, et exivit 29 eiusdem, die prima februarii intravit *perusium* et exivit 19, die 24 februarii intravit *senas* et exivit 23 aprilis 1459 die 25 aprilis intravit *florentiam* et exivit 5 maii, die 9 maii intravit *bononiam* et exivit 16 eiusdem, die 17 dicti mensis intravit *ferrariam* et exivit 25 eiusdem die 27 maii 1459 intravit *mantuam.*

ARCH. VAT. ARM. XXXIX VOL. 9

## PII PAPAE II BREVIA

### 364

(1458 - X)

*F. 4 (1).* Carolo Francorum *Regi.*

*Ad christianos ab infidelium insectatione levandos, Pontifex omnes catholicos principes ad solemnem diaetam convocandos duxit,* Mantuae *vel* Utini *ad calendas iunii celebrandam, cui ipse aderit. Quamvis Rex semper bene erga religionem dispositus fuerit, ita ut exhortationibus non indigeat, tamen Pontifex ut ad diaetam accedat hortatur. Ipse enim ut est viribus praepotens, ad dominici gregis protectionem conferre debet (verso) et sua praesentia exemplo aliis principibus esse. Sin adesse non poterit, oratores pleno mandato suffultos ad pacem componendam et ad inducias ineundas mittat ut omnes concordes susceptum opus persequi possint. Pontifex tamen aut regem aut principes saltem de eius curia venturos sperat. Hac potissimum de causa praedicta loca diaetae designavit.*

### 365

1458 X 24

*F. 4 (1)ᵛ. Subsequens breve de* Mediolanensis *Ducatus investitura, eodem modo Electoribus Imperii missum fuit. Hi sunt:*

*Saxonie* Dux
*Austrie* Dux
*Brandeburgensis* Marchio
*Trevirensis* Archiepiscopus
*Maguntinus* Archiepiscopus.

*(f. 5(2)ʳ) Pontifex* Frederico *Imperatori de* Mediolanensis *Ducatus investitura pro* Francisco Sfortiae *scripsit, quod pro unoquoque eorum idem valeat. Ut audire velint ergo hortatur et ad memoriam oboedientiam a* Francisco Sfortia *Sanctae Sedi praestitam revocans, cuius ope pacem* Italiae *dedit. Pro communi salute celerem assensum expectat. Dux enim accepta beneficia animo et opere rependet.*

### 366

(1458 X)

*F. 6(3).* Constantiensi *Cardinali.*

*Ex literarum exemplari* Carolo *Regi missarum rationem intelliget qua ductus Pontifex diaetam convocavit. Ut ad hoc effectum consequendum adlaboret hortatur. De Regis intentione notitiam habere cupit.*



### 367

(1458 X)

*F. 6(3)ᵛ.* S. Angeli *Cardinali.*

*Pontifex diaetam ut celerem auxilium catholicae fidei afferret indixit,* Mantuae *vel* Utini *celebrandam, iuxta apostolicarum literarum forma, omnibus Regibus et Catholicis Principibus advocatis. Imperatori,* Matthiae Hungarorum *et* Casimiro Poloniae *regibus scripsit, ut si possibile adsint, secus aliquos Principes de Curia mittant. Legatus literas* Poloniae *Regi destinatas mittat, sed sua manu quae* Hungariae *Regi mittuntur consignet, eum instanter ut ad diaetam veniat invitans aut saltem ut Regni sui Gubernatorem deleget. Dein Imperatorem adeat et pari diligentia hortetur ne absit. Maximis laudibus Cardinalem commendat (f. 7 (4)ʳ); nihil quod in se est praetermittet ut Apostolica Sedes et sacerdotalis ordo verbo et opere non defuisse videantur.*

### 368

(1458 X)

*F. 7(4). N. N. Episcopo.*

*Pontifex literas eius gratulatorias de sua ad pontificatum assumptione recepit. (verso) Cum omnes catholici Principes Caesaris facta respiciant, Pontifex Episcopum ut apud Imperatorem intercedat hortatur qui oratores dignitate et meritis excellentes mittat, prout Pontificis et Ecclesiae necessitas postulat.*

### 369

1459 I 25

*F. 10(7)ᵛ.* Alberto Brandeburgensi *Marchioni. — (Similiter scriptum fuit 21* Germaniae *Principibus).*

*Inde a mense octobri ei aliisque* Germaniae *Principibus apostolicas literas de diaeta per Imperatorem misit, id imperiali dignitate requirente gravitateque rei postulante. Ut ad diaetam veniat et ut Imperatorem ad veniendum inducat hortatur.*

### 370

1459 I 26

*F. 8(5).* Sancti Angeli *Cardinali.*

Germanicae *nationis commoditati inde ab inizio consulens,* Utinum *vel* Mantuam *civitates ad diaetam tenendam delegerat Pontifex,* Utinum *tamen aptiorem autumans, locum scilicet Imperatori Hungarisque viciniorem. Negato postea a* Venetis Utino, *Imperatorem ut* Mantuam *veniret invitavit ei* Baptistam Brandam *mittens. (verso) Sed ille hucusque ponti-*

*ficias literas Principibus mittere distulit non sine horum admiratione. Cum Imperatoris desiderium esse videatur diaetam in aliqua Germaniae urbe cogi, Pontifici iam sufficit* Romam *reliquisse et ad Alpes usque* Germaniae *pervenisse. Aequum est Principes id non detrectare quod Pontifex subire non cessat. Imperatorem ipsum, iuvenem, senis Pontificis exemplum imitari decet. Neque putandum est Cardinales ad* Alpes *transeundas facile adigi posse. Imperator absens legatos mittere spondeat; omnis de eius adventu spes in Cardinalis industria reponitur. (f. 9(6)ʳ) Pontifex iter ingressus tranquillum et pacificum Ecclesiae dominium reliquit.*

**371**

1459 I 26

*F. 9(6). Imperatori.*

*Novit Pontifex eius in Apostolicam sedem fidem in omnibus* germanicis *diaetis operibus comprobatam. Pontifex ipse auxilium ei praestare conabitur. Nuntium de* germanica *in Pontificem Imperatoremque coniuratione ab eo accepit, quod sane meminisse iuvabit. Imperatoris absentia a* mantuana *dieta Pontificis atque christianitatis votis minime respondebit. Si non intererit, alii quoque Principes se honeste abesse posse reputabunt.*

**372**

1459 I 26

*F. 9(6)ᵛ.* S. Angeli *Cardinali.*

*Gratias ei agit de omnibus quae pro Apostolicae Sedis honore patravit defendendae catholicae fidei causa; (f. 10(7)ʳ)* Albertum Brandeburgensem *Marchionem petat, ut ad diaetam veniat exhortans; Imperatorem quoque ad veniendum inducat.*

**373**

1459 I 26

*F. 10(7).* Argentinae, Basileensi, Constantiensi *Communitatibus et* Eistetensi, Herbipolitano, Bambergensi *Episcopis.*

*Notum eis est ad providendum fidelium a Turcis saluti, Pontificem iam a mense octobri diaetam Principum Communitatumque Christianorum indixisse, cui ipse interesse decrevit. Hortatur ergo ut adveniant. De catholica fide agitur, (verso) pro qua mori gloriosum et labores suscipere debitum.*



**374**

1459 I 27

*F. 7(4)ᵛ.* Baptistae Brendae (?) (Brandae?).

*Responsum ab Imperatore acceptum valde ab opinione sua aberrantem et diaetae inceptae undequaque officientem Pontifex intellexit, cum locus indictus mutari nequeat sine scandalo, et Imperatoris absentia ad negligentiam multos inductura sit. Ad Imperatorem* S. Angeli *Cardinalis Legatus se conferet et omnia quae ad ipsum permovendum valeant aget. Miratur Pontifex nullum ex suis nuntiis de* Mantuae *electione ad* Brendam *pervenisse. (f. 8(5)ʳ) Dolet tantum morae suis ad Reges et Principes literis factum esse, quarum quam primum missio curanda est. Molestum ad diaetam iter iam aggressus est.*

**375-376**

(1459 I-II)

*F. 16(13)ᵛ. Exemplar imperialium literarum* unicuique *ex Sacri Imperii Electoribus missarum.*

*Pontifex ad bellum in* Turcas *parandum diaetam convocavit* Mantuae *vel* Utini *mense maio mediante cogendam. Postea* mantuanam *urbem elegit, (17(14)ʳ) et Imperatorem et omnes Principes advocavit ut ibi cum Pontifice accederent. Propter Dei ergo et Apostolicae Sedis gloriam, et oboedientiam Imperatori debitam, Elector* Mantuam *se conferat.*

**377**

1459 I 27

*F. 11(8). Episcopo* Vnecensi *Imperiali Consiliario,* Iohanni *Camerae Imperialis magistro, militi, et* Henrico Kidreer *utriusque iuris doctori, Praeposito* Frisingensi, *Imperiali Consiliario.*

*Imperatoris responsio de suo ad diaetam adventu Pontificis exspectationi minime correspondet. Curent ipsi ut ad meliorem frugem eum inducant.*

**378**

1459 II 3

*F. 12(9)ᵛ. Electo* Thiennensi (*recte:* Turenensi).

*De pace inter* Tarentinum *Principem et* Neapolitanum *Regem componenda.*

379

1459 II 3

*F. 14(11).* Iohanni Antonio de Ursinis Tarentino *Principi.*

*De concordia inter eum et* Neapolitanum *Regem instauranda pro communis fidei causa et auxilio contra infideles praestando.*

380

1459 II 9

*F. 14(11)ᵛ.* Romano *Legato,* S. Petri del Todesco *Cardinali.*

(Omissis) *(f. 15(12)ʳ)* Nicaeno *Cardinali Pontifex decem milia bellatorum in fidei subsidium congregare concessit et huic pio conatui subvenire sibi proponit.*

381

1459 II 15

*F. 15(12)ᵛ. Electo Thranensi (recte:* Turenensi).

(Omissis) *Pacem inter Regem et* Tarentinum *Principem fovere conetur. Rex oratores tempestive ad diaetam mittat.*

382

1459 II 17

*F. 16(13)ᵛ. Legato* (S. Angeli *Cardinali?*).

*Ex Imperatoris literis novit eum Principibus convocationem ad* mantuanam *diaetam transmisisse.*

383

1459 II 24

*F. 19(16)ᵛ. Urbis Legato. — (Similis* Venetiarum *Duci et* Florentinis).

*De pace in* Neapolitano *Regno Pontifex quae agenda erant agere non omisit; consilium* Gherardi *in suo fideli proposito iuvandi laudat, cum ad colligendas contra* Turcas *gentes profectus sit. De pontificis triremibus pro* Rhodiensibus *armandis si « sollicitator ille religionis » (Cardinalis* Nicenus) *privata impensa unam armare velit, non grave erit Pontifici illam concedere.*

384

1459 II 25

*F. 18(15).* Baptistae Brendo (sic).

*Eius diligentiam Pontifex laudat. Eum ad Imperatorem redire bonum est, cui tempestive literas quas ei mittit tradere curabit.*



385

1459 II 26

*F. 18(15)ᵛ. Imperatori.*

*Nequit Pontifex ei aliquem responsum de* Hungariae *rebus dare, quomodo res se habeant ignorans. Absentia eius a diaeta, Pontifici valde gravis, etiam alios abesse faciet.*

386

1459 II 27

*F. 18(15)ᵛ-19(16)ᵛ.* Mediolanensi *Duci,* Venetis *et* Florentinis.

*De oratoribus* Neapolim *mittendis pro Regis et* Tarentini *Principis pace. Cum propter eorum discordias ad armas deveniri possit, magnopere fidei defensio impeditur.*

387

1459 II 27

*F. 22(19).* S. Angeli *Cardinali.*

*Pontifex pluries ei ut quamtocius in* Germaniam *rediret scripsit et* Fredericum *Imperatorem in diaetam cum Pontifice conveniendum hortetur. Id enim magni momenti ad multa prospere dirigenda est. Si nihil sperandum de Imperatoris ipsius adventu, (verso) saltem ut oratores insignes mittantur qui ad haec pleno mandato instructi sint: ut nempe belli dux eligatur qui* germanorum *militum imperium teneat; ut pecuniae subventioni provideatnr aut ex decimis aut eo modo qui Imperatori et* Germaniae *Principibus commodior videatur ita ut milites expeditioni assidue vacare possint, iuxta* Francofortanae *diaetae iam edita decreta, vel tandem edenda; ut pax vel biennales seu triennales induciae inter dissidentes nationes statuantur; ut de modo quo milites per* Hungariam *transire possint provideatur. Curet Legatus ne oratores magis ad audiendum quam ad concludendum venisse videantur, sicut superioribus annis evenit.*

388

1459 II 27

*F. 22(19)ᵛ.* Baptistae Brendae.

*His, literarum* Santi Angeli *Cardinali missarum exemplar addit, quem summa diligentia substituat si forte ille tempestive ad Imperatorem perventurus non sit.*

389

(1459 II ?)

*F. 20(17)ᵛ.* Henrico Castellae *et* Legeonis *Regi.*

*Eius literae devotionem erga Apostolicam Sedem et ferventissimum ad catholicae fidei exaltationem animum manifestum faciunt. Ad* Saracenos

*repellendos, in quos maxima cum laude assidua bella gerit, hortatur, dum ipse Pontifex catholicum exercitum tam maritimum quam terrestrem apparari in* Turcas *urget.*

390

1459 II 28

*F. 21(18)v.* Siciliae Regi.

Tarentini *Principis oratores per* Venetos *celeris pacis spem esse dicunt et Pontificem ut eam Regi commendet hortantur, quod Pontifex impigre pro Regno eius et* Italia *et Christianitate universa, cuius ipse defensionem contra fidei hostes curat, facere non omittet.*

391

1459 II 28

*F. 22(19).* Tarentino *Principi.*

*Eius consilium de pace cum Rege instauranda laudat, quo praesertim tempore de fide defendenda agitur. Oratores ad diaetam mittat cum pleno mandato ad omnia tractanda et concludenda.*

392

1459 II 28

*F. 23(20). Imperatori.*

*Pontifex summa vehementia eum ut ad diaetam accedat hortatur.*

393

1459 III 5

*F. 33(20)rv.* Siciliae *Regi.*

*Dissensus inter Regem et* Tarentinum *Principem aliquem gravem in* Neapolitano *Regno tumultum excitare possunt.* Sigismundus Malatesta *Pontificis mediationem pro pace inter se et Regem concludenda petit; Rex audiat ergo prius quam* Sigismundus *aliquid necopinato in Regis et Pontificis damnum agat. Pontifex ut Comites* Iacobus (1) *et* Fredericus (2) *qui bellum pro Rege ducunt acquiescere merito possint curabit.*

394

1459 III 5

*F. 23(20)v. Electo* Thranensi.

*Pro* Neapolitano *Regno et* Italiae *pace a Rege responsionem postulet.*

(1) *Piccininus.*
(2) *Montefeltrius urbinas.*



395

1459 III 5

*F. 24(21).* Frederico Urbinati *et* Iacobo [Piccinino] *Comitibus.*

Sigismundus [Malatesta] *pro pontificia apud Regem mediatione instat, quod si fieri non poterit* Mediolanensi *Duci id negotii permittatur. Pastoralis cura et temporis conditiones dissensus perdurare sine infamia non sinunt. Ut pacem componant hortatur.*

396

1459 III 18

*F. 25(22)v.* Siciliae *Regi.*

*Pontifex dissensiones inter Regem et* Tarentinum *Principem quotidie invalescere intellexit, adeo ut, nisi mature provisum fuerit, ad bellum ducturae sint. Ipse non solum de* Neapolitano *Regno cuius pacem et tranquillitatem optat, sed etiam de tota* Italia *dolet, timens ne pax magno labore comparata turbetur. Adduntur quae ex* Hungaria *et aliis locis de* Turcis *notitiae perveniunt qui proxima aestate in Christianos impetum facturi sunt quibusque certe per civile bellum* Italiae *aditus patebit. Ad pacem concordandam Pontifex Regi et Principi* Ravennatem *Archiepiscopum mittit cui ipsis sub excommunicationis poena oboediendum erit.*

397

1459 III 18

*F. 26(23)v.* Mediolanensi *Duci.*

*Ut suum oratorem* Neapolim *cum* Venetis *et* Florentinis *mittat hortatus est. Ducis responsione nondum accepta, instat ut festinanter mittat.*

398

1459 III 23

*F. 27(24)v.* S. Angeli *Cardinali.*

*Alias eum ad diaetam venire iusserat non sine Rege aut aliquibus de Curia Principibus. (verso) Id idem de Imperatore indixerat. Nunc autem cum graves dissensiones hortae in* Hungaria *sint, Regis oratores venerunt petentes ne Cardinalis inde recederet, eo quod eius praesentia ibi maxime necessaria esset. Ne dissensiones ergo incrementum accipiant et* Hungari *suae saluti providendi causa pacem vel inducias cum* Turcis *ineant, ei ne ex* Hungaria *recedat praecipit et ut impetum hostium reprimendum curet. Rex ad diaetam non venturus Cardinalem* Strigoniensem *aut alium magnae auctoritatis oratorem saltem mittat.*

**399**

1459 III 27

*F. 28(25).* S. Angeli *Cardinali.*

*Eius aliorumque testimonio novit Pontifex* Matthiam *Regem omnibus viribus se ad resistendum contra* Turcas *proxima aestate* Hungariam *invasuros parare. Nonnulli tamen Barones suis dissensionibus contra fidei hostes molientem impediunt. Cardinalis istos aliosque quoscumque (verso) censuris aliisque poenis coerceat.*

**400**

1459 III 30

*F. 30(27).* Venetiarum *Patriarchae.*

Ludovicus Sancti Laurentii in Damaso *presbyter cardinalis Camerarius, ex oriente redux, quanto in discrimine versentur* Rhodus *ceteraeque insulae retulit, olim per pontificiam classem recuperatae, (verso) cum nullus nunc defensor eis adsit. Pontifex ergo aliquas triremes ad illarum defensionem armare decrevit. Sed cum ei non multum pecuniae sit, propter magnas quas sustinet expensas, Patriarchae mandat ut quocumque modo possit illa XXV milia ducatorum exigat quae in* Dalmatia *aliisque regionibus* Venetis *subiectis collecta pro cruciata fuerunt, quibus triremes fulciri possunt.*

**401**

1459 IV 1

*F. 31(28). Urbis Legato.*

*Iam Pontifex, diaetam, Imperatore utut absente, nonnullam utilitatem habituram putans, se ad eam accessurum toto orbi nuntiavit.*

**402**

1459 IV 2

*F. 28 (25)v.Imperatori.*

Turca *proxima estate,* Danubio *transmisso,* Hungariam *et alia Christianorum loca invasurus narratur;* Hungariae *Rex defensionem pro viribus parare; nonnulli Barones Imperatorem contra Regem incitare. Caveat Imperator ne ipse in causis sit quod* Hungarus *Rex cum* Turca *inducias inire compellatur. (f. 29(26)r) Illud nempe Regnum totius Christianitatis clipeus est.*

**403**

1459 IV 2

*F. 29(26).* S. Angeli *Cardinali.*

*Cum* Hungarorum *Rex magna cura ad resistendum contra* Turcas *se paret, Pontifex Cardinali vexillum a se benedictum mittit (verso) ut*



*Regi consignetur et tollatur in bello, si Rex contra fidei hostes cum totius Regni viribus gradiatur.*

**404**

1459 IV 2

*F. 29(26)v.* S. Angeli *Cardinali.*

Hungarorum *Regis oratoribus postulantibus, praecedens breve Pontifex ei misit; cum vero dubitet ne Rex non contra* Turcas *sed in Christianos vexillo uti velit, Cardinali vexillum misit ut de eo caute disponat.*

**405**

1459 IV 13

*F. 32(29)rv. Imperatori.*

*De regia ei* hungarica *dignitate collata responsum dare hucusque non valuit rem totam ignorans.* Matthias *certe a* Callisto III *rex appellatus est, et ipse* Pius *eius oratores pro regiis admisit. Profecto Pontifex maxima Imperatoris merita erga se et Apostolicam Sedem fatetur et nunquam ab eo honorando deficiet. Regii oratores nihil a Pontifice obtinuerunt nisi ut* S. Angeli *Cardinalis in* Hungaria *remaneret.*

**406**

1459 IV 14

*F. 32(29)v.* Sancti Angeli *Cardinali.*

*Scripserat pridem ei Pontifex ut censuris omnes* Matthiae *Regi ad* Turcas *repellendos se paranti infestos plecteret. (f. 33(30)r) Cum nihilominus* Fredericus Romanorum *Imperator ab* Hungariae *Regni proceribus Rex ipso assentiente electus sit, ad peius scandalum vitandum Cardinali praecipit ut contra Imperatorem et eius complices et asseclas nullo pacto censuras imponendi facultate utatur. Curet vero ut Imperator et Rex ab hostilibus actibus abstineant et inducias saltem usque ad aestatis finem teneant.*

**407**

1459 IV 17

*F. 37(34).* Aragonum *Regi.*

*Ut ad diaetam veniat hortatur.*

**408**

1459 IV 17

*F. 37(34).* Angliae *Regi.*

Simile.

## 409 - 410

(1459 IV – V)

*F. 158(155)ᵛ. Series duodeviginti* neapolitanorum *principum et baronum qui* Ferdinandum *Regem detrectant.*

## 411

1459 IV 30

*F. 34(31)ᵛ. Imperatori.*

*Oratores quos ad diaetam mittere vult, viri quidem dignissimi non ita tamen insignes videntur ut imperatoriae dignitatis personam gerere valeant. (f. 35(32)ʳ) Pontifex aliquem ex maioribus Principibus accessurum in votis habebat, qui omnino pro Imperatore esse posset.*

## 412

1459 V 3

*F. 35(32).* Burgundiae *Duci.*

*Ut ad diaetam veniat hortatur, ex eius enim absentia fidei causa pati detrimentum potest. Magno in periculo* Hungariae *Regnum versatur, et timendum est ne* Skanderbeg *qui pro Deo et Catholica fide clipeum in* Turcas *se obtulit, cum eis convenire necessitate cogatur.*

*Pius* Papa ij. Duci *Burgundie,* exhortatur quod veniat personaliter ad dietam.

Dilecte fili Salutem etc. Maxima leticia exultauit cor nostrum cum ab inicio Jntellexerimus te ad dietam. *Mantue* indictam personaliter esse venturum videbamus enim presenciam tue Nobilitatis que semper deuotissima fuit non solum. magno adiumento ad omnia *(verbum illegibile cancellatum)* preparanda *(cancellatum)* prospere gerenda. futuram esse sed. ceteros quoque principes tuo exemplo. ad. conveniendum promtiores futuros atque. Ut verum fateamur. bona . pars fidei nostre in te uno posita. erat. cuius non modo zelum sed auctoritatem magni in hoc esse momenti non ignoramus: Nunc vero Intellectis per oratores tuos. certis difficultatibus ex quibus aduentus huiusmodi non satis exploratis (*recte:* exploratus) tibi esse videtur plurimum doluimus *(verso)* Et veremur non parum ne agente id bonorum operum inimico omnis ratio propositi nostri te non veniente Turbetur: Proinde generositatem tuam hortamur in domino et per salutem christiani populi cuius tu quoque vna nobiscum deo es debitor toto corde precamur vt cogitans canta *(cancellatum)* quanta res agatur et quantis nos difficultatibus impediti nichilominus iter simus ingressi omnia publice saluti preferentes *(sic):* Velis sicut presens necessitas postulat et tua. deuota. consuetudo Re-



quirit: omnia tua Jta componere vt [nichil] reliqui fiat quo Jmpediri hic salutaris accessus merito valeat: Debet generositas tua in tanto opere diligenter considerare quantum nocerj possit communi fidei cause si ab aduentu te excusabis et non omnes causas. dignas esse que fidelem propositum tuum. ab hoc huiusmodi sancto obsequio retrahant: presertim cum adiuuare pias Jntentiones altissimus soleat . et illos ab omni Jmpugnatione protegere: qui plus. in se bone spei reponunt quam in omnibus metus. Confidimus te veniente venturos esse complurimos principes: qui Alioquin Libentius Domesticum otium amplectentur Credimus quoque presente tua Nobilitate omnia cum ceteris consulente Daturum hoc esse Deum Laboribus nostris vt aliquis desideratus: fructus. te operante sequatur in hac presertim necessitate qua maior christianis esse non potest. Audiuit vt credimus Excellentia tua quanto in periculo Regnum. *hungarie* propter externas Jntestinasque dissensiones versetur profecto. nisi in hoc futuro conuentu potenter prouideatur metus est manifestus. ne *Turchis* hac nacta. occasione patentissimus aditus' ad commune exitium detur. atque omnis christianorum difficultas ad restistendum *(sic)* congeminetur Ex. *albania.* quoque, que vsque in. presentem. diem quantum potuit illorum. Jmpetus. protulit: nichil optabile nunciatur. satisque dubitamus ne *Scandarbech.* qui nullis. hactenus. discriminibus parcens pro deo. et fide Catholica clipeum illis se obtulit non valens ultra, diuturnis Calamitatibus. obsistere aut Jam. cum *Turcho* conuenerit. aut conuenire Jmpellente necessitate excogitet, Jta vt. ab his duobus Lateribus quorum fiducia christianitas. reliqua Jncolumis *(f. 36(33)ʳ)* mansit: nulla defensione res nostra remaneat Quod si tempus ullum unquam fuit in quo potentatus et principes nomen christianum profitentes reminisci debiti sui erga. redemptorem. nostrum et vires ad protegendum gregem. eius. conferre deberent: hoc profecto non modo est debitum. sed in primis etiam uotiuum. Calamitatem Certissimam Jmpedire non dubium sit si quiescere. quam deo obsequi hoc tempore malent *(sic)* Tu Jgitur dilecte fili qui gloria huius sancti operis ceteros antecellis velis ceteris quoque exemplum bene agendi prestare: et non tanti mediocres difficultates putare vt cum Vicario Jhesu christi qui suas difficultates non curans omnibus obuiam processit non censeas personaliter conveniendum. Des quesumus hunc Laborem Altissimo des toti christiano populo tuum et ceterorum presidium Jmploranti. Nobis quoque hoc gratissimum obsequium prestes. quibus in hoc opere nulla esse gratior consolacio potest Erit quippe tibi tuus aduentus ad meritum beate retributionis vberrimus. ad. gloriam humane condicionis excellans *(sic).* Ad aduentum vero suscepti operis nostri Jta. expediens, vt si

veneris bene nobis sperandum si minus deploranda christianorum fortuna. appareat. que presidium. tantum perdiderit Datum *florentie*. iij. Maij. 1459. Anno. primo

**413**

1459 V 11

*F. 36(33)*v. Franciae *Regi.*

*Pontifex multum de eius ingenti desiderio et promptitudine ad fidem iuvandam et quod insignes oratores ad diaetam se missurum profiteatur laudat. In primis « Comiten de* Duriacio » *cooptari habet Pontifex in votis, singularis virtutis et prudentiae ac rei militaris scientiae virum, de Romana Ecclesia benemeritum pro cuius unione alias plurimum insudaverit.*

**414**

1459 V 31

*F. 38(35).* Eistetensi *Episcopo.*

*Repetitis iam in praecedenti brevi dictis, addit: Alium locum transalpinum ad diaetam destinare se non potuisse ex aetate valetudineque non firma neve nimiis expensis obruatur Principibus christianis obviam iter faciens; honestati conformius etiam esse hos ad Christi Vicarium convocantem accedere quam ipsum illis petentibus ulterius progredi. (verso) Si Principes vel oratores venire pigeat, Pontifex post aliquot dies, satis coram Deo et hominibus se necessitate excusatum putabit et ad sua redibit orbi ostendens per se non stetisse quin fidelium sanguini caveretur qui indies a* Turcis *funditur.*

**415**

1459 V 31

*F. 38(35)*v. Forliviensi *Protonotario (in* Germania *nuntio).*

*(Omissis). Dissidentes ad concordiam adigat censuris quoque non parcendo. (f. 39(36)*r*)* Forliviensi *per oratorem quemdam virum utique non satis gravem, dictum erat* Galliae *Regem neque venturum neque oratores missurum. Quod falsum esse reputat Pontifex. Rex enim suos solemnes oratores mittet et se paratum dicit ad debitum erga religionem solvendum. Nuncius illam sinistram opinionem eradicari curet.*

**416**

(1459 VI)

*F. 37(34).* Augustensi *Cardinali,* Mantuae *degenti.*

*Vigesima septima maii Pontifex* Mantuam *pervenit et satis nondum principum vel oratorum quemquam advenisse miratur; Cardinalem ut ad diaetam accedat hortatur. Ad dissensiones in Germania auferendas iam tres nuncios misit (Omissis).*



**417**

1459 VI 1

*F. 40(37)*v. *Regibus Principibus et Communitatibus.*

*Ad diaetam venire pressius invitantur; fides enim a* Turcorum *impietate christianis defendenda.* Moraea *quoque in* Turcas *rebellans auxilium poscit et victoriae opportunitatem offert.*

*Pius* Papa ij

Carissime in christo fili etc. Jam duce Altissimo ad Ciuitatem *Mantuanam* peruenimus Ad quam cum antea per Literas nostras in Kalendis Junij diete tenende causa venturos promisissemus Quinto ante hunc terminum die personaliter affuimus Venimus autem non sine magnis persone et rerum nostrarum incommodis Siquidem etas nostra Jam ingravescens quietem desiderat, et *patrimonium* etiam *pontificis* presentia destitutum manifestis periculis *(f. 41(38)*r*)* quottidie subiacet, Omnia hec tamen pro deo magni facienda. non duximus. Scientes fidelium populorum salutem et causam sacrosancte fidei Catholice anteponendam esse cunctis laboribus atque periculis: Sperabamus presentiam tuam, vel si id non posses oratores saltem tue Celsitudinis hic Jnuenire; Jnuenti a nobis non sunt et dolemus fuisse nos primos qui ad opus eque omnibus pro suis Juribus debitum. huc conuenerimus: hortamur itaque in domino. et toto affectu nostro Serenitatem tuam. requirimus ut cogitans quid a te omnipotens deus hoc tempore necessario querat quid. salus communis omnium. postulet quid denique conueniat debito tuo velis per te ipsum quod in primis optamus vel per oratores antedictos viros prestantes et tante solemnitati ydoneos celeriter conuenire Nec pati ut in communi principum christianorum conuentu. presidente vicario christi uox tua altissimo desit: Sunt enim si proposito nostro adiutores non deerunt quam plurima ad felicem prosecutionem parata. nunc presertim cum *peloponesus* ferme tota que *Morea* dicitur ab Jmpietate *Turchorum* rebellans ad christianam deuotionem redierit et pijs uotis, opem ex his locis expectet, est autem is locus tante ad omnia bene gerenda terra marique oportunitatis ut nulla orientalis regio maiorem facultatem tuendi nostros et uiros (uires ?) *Turcorum* conterendi *(?)* possit prestare. Qui certe in antiquam seruitutem et cladem. redire necesse habebit nisi matura subuencio adsit. Nos quando principes antedictos uel eorum oratores hic nos *(recte:* non*)* Jnuenimus expectare

adhuc eorundem aduentum aliquod tempus decreuimus. Si uenient tota mente ad complendum opus Jnceptum intendemus: si minus cum per nos ferre tantam modem *(recte:* molem*)* non valeamus excusata erit vt confidimus deo et hominibus necessitas nostra videndumque erit principibus ipsis quorum ope stare christianam rem publicam decet Ne redemptori suo et sibi cum sempiterna ignominia et clade eorum qui quottidie dant sanguinem suum pro fide defuisse appareant Datum *Mantue* etc. *(Omissis) Mantue* primo Junij 1459.

**418**

(1459 VI 1)

*F. 41(38)*[v]. *Imperatori.*

(Omissis). *Imperatori honori non cedit, Pontifice* Mantuae *iam praesente, per oratores saltem nondum adesse; mittat ergo ea qua par est dignitate praeditos viros, pleno mandato suffultos; quos enim antea miserat facile sese impares tanto operi videntes domui redierunt.*

**419**

(1459 VI 2)

*F. 43(40)*[v]. Burcensi *Episcopo.*

*Ut Imperator quam primum dignos oratores mittat efficiat.*

**420**

1459 VI 2

*F. 42(39).* Sabaudiae *Duci.*

*Pontifex eum vel ad veniendum vel ad oratores quam primum mittendos hortatur.*

**421**

1459 VI 2

*F. 43(40). Imperatori.*

*Iteratis exhortationibus ad oratores mittendos incitat.* (Omissis).

**422**

1459 VI 2

*F. 40(37).* Salisburgensi *Archiepiscopo.*

(Omissis). *Quamvis eius oratores ad diaetam venerint, Pontifex tamen Archiepiscopi praesentiam optat.*



**423**

1459 VI 2

*F. 40(37).* Basileensi *Comunitati.*

*Ut oratores pleno mandato ad omnia statuenda mittat hortatur.*

*Simile Ducibus* Borusingentibus
Constantiensi
Argentinensi
Spirensi
Francfordiensi
Lucensibus

*Simile Officio* Sancti Georgii
*Duci* Calabriae
*et* Januae *Communitati.*

**424**

1459 VI 2

*F. 44(41).* Sancti Angeli *Cardinali.*

*Summam diligentiam laudat qua Cardinalis pacem inter Imperatorem et Regem instaurandam curat. Videat ne potius affectu quam ratione; in partium alterutram inclinetur. Regis petitionibus cum satis factum sit, Cardinalis ad diaetam veniat, qua conclusa, si expediens visum erit, in* Hungariam *redibit. Intercedat ut Imperator ad diaetam oratores tales mittat qui eius personam digne gerere valeant.*

**424** bis

1459 VI 3

*F. 43(40).* Franciae *Regi.*

*Neque Imperator neque alius quispiam, ut Rex putat, diaetam procrastinari petiit; oratores igitur mandatis necessariis ad ea quae tractanda sunt munitos mittat.*

**425**

(1459) VI 5

*F. 45(42).* Bononiae *Gubernatori.*

*Mediolanensem Ducem exercitum in agrum* bononiensem *misisse stipendio quadraginta pro quaque lancea ducatorum assignato Pontifex accepit.*

**426**

(1459) VI 6

*F. 45(42).* Perusii *Gubernatori.*

*Quingenti* mediolanenses *milites* Perusium *mittuntur.*

9

**427**

(1459) VI 6

*F. 45(42)*$^{rv}$. Iohanni Malavolta.

*(verso) Per quingentos equites qui* Assisium *mittuntur pontificiosque milites provideat ut subditi ab hostili instrusione tuti serventur.*

**428**

1459 VI 11

*F. 47(44).* Sancti Angeli *Cardinali.*

*Ingruentibus periculis ex Imperatoris et* Hungarorum *Regis discordia atque ex imminenti* Turcharum *impetu, de quibus nuntium cardinalis per epistulam dederat, quibusque nulla, nec per presentem diaetam, alia via obstari potest, redeat purpuratus in* Hungariam. *Pontifex tamen praesidia necessaria praestare non valet, sed ad finem usque, non sine suarum rerum periculo laborare non desinet ut principes christianos ad suppetias excitet. Consilium navium adducendarum probat, et facultates petitas concedit.*

**429**

1459 VI 11

*F. 48(45). Imperatori.*

*In Turcas repente advenientes* Sancti Angeli *Cardinalis per* Danubium *naves ducit ut necessarium subsidium ad* Nandoralbam *afferat; Pontifex Imperatorem hortatur ut auxilium praestet. Diaetam alio transferre nefas.*

**430**

(1459 VI 11 ?)

*F. 49(46).* Venetis.

*Suorum oratorum missionem ne differant, cum praesertim repente* Turcas Hungariam *impetere nuncietur.*

*Simile breve* Florentinis *et* Neapolitano *Regi missum.*

**431**

(1459 VI)

*F. 49(46)*$^{v}$*-50(47)*$^{v}$. Ludovico Bavariae *Duci.*

*Litterarum de* Turcarum *in* Hungariam *adventu copiam faciens, Pontifex vehementer ut ad diaetam veniat hortatur.*

**431** bis

1459 VI 11

*F. 49(46)*$^{v}$. Sancti Angeli *Cardinali.*

*Facultas concedendi indulgentias a* Nicolao V *et* Calisto III *arma in* Turcas *suscipientibus concessas ei fit.*



**432**

1459 VI 12

*F. 49(46). Pro copia.*

Bohemorum *Regem ut sine mora* Mantuam *suos oratores pleno mandato suffultos mittat, N. N. hortetur.*

**433**

1459 VI 13

*F. 50(47)*$^{v}$. Stephano de Nardinis.

*Ad concordiam in* Germania *fovendam, copiam ei facit litterarum ex* Hungaria *allatarum, ex quibus tanto maior* Turcarum *ad ruinam impetus apparet quanto christianorum ignavia ad defensionem segnior. Principes exhortetur ut cum Pontifice conveniant.*

**434**

(1459 VI)

*F. 179(176)*$^{v}$. Hungarorum *Regi.*

Georgius Policarpus *eius orator Pontifici nonnulla circa* Turcarum *gesta esposuit. Constanti animo Rex sit; Pontifex proxima aestate quadraginta milium ducatorum auxilium dabit et magna praesidia ex diaeta sperantur.*

**435**

1459 VI 16

*F. 51(48).* Spirensi *Episcopo.*

*Principum vel oratorum adventum expectare non desinit Pontifex.*

**436**

1459 VI 27

*F. 53(50).* Senensibus.

*Pontifex ex* Italia *praesidium aliquod in* Peloponnesum *ut loca quae ad christianam devotionem nuperrime redierunt facilius servarentur dat.*

**437**

1459 VII 6

*F. 54(51).* Stephano de Nardinis.

*Curet ut* Germaniae *Principes vel oratores diaetae augusto saltem mediante adsint.*

**438**

1459 VII 6

*F. 54(51)v. Imperatori.*

*Venient Regni* Hungariae *oratores cum pleno mandato. Mittat Imperator suos sine mora. Multi iam ex* Italia *aliisque locis convenire coeperunt.*

**439**

1459 VII 6

*F. 55(52).* Hungarorum *Regi.*

*Apparatus ad quos se in* Turcas *accingebat, Rex continuare nequit discordia cum Imperatore impeditus. Pontifex proximo anno debita adiumenta Regi non defutura sperat; non cessat enim Pontifex diu noctuque cogitatus omnes ad hoc dirigere ne murus ille totius christianitatis ruat.*

**440**

1459 VII 6

*F. 55(52)v.* Sancti Angeli *Cardinali.*

*Litteris receptis intellexit Pontifex quae de iam narrato* Turcarum *adventu addiderat.*

**441**

1459 VII 6

*F. 56(53)v. Imperatori.*

*Iam* Burgundiae Ducis *adsunt oratores.*

**442**

1459 VII 8

*F. 56(53)v.* Interamnensi *Episcopo.*

*Curet ut ad diaetam oratores ex* Angliae *Regno mittantur.*

**443**

(1459 VII ?)

*F. 26(23)v.* Burgundiae *Duci.*

*Eius oratores ad diaetam pervenisse gaudet Pontifex, maiorem laetitiam suscepturus si pro nuntio Dux ipse advenerit. (27(24)r) Ut in suo auxilii Christianitati ferendi proposito perseveret hortatur;* Germaniae *Principes discordes ut ad consensionem perveniant curet. Ipse Pontifex oratores ad eos missurus est.*

**444**

1459 VII 14

*F. 58(55).* Franciae *Regi.*

Franciae *Regem cunctari dolet cum ex* Hungaria Bosna Albania *et* Peloponeso *fideles auxilium quaerant.*



Regi *francie*

Carissime in christo fili Salutem etc. *(Omissis)* Ceterum carissime fili cum Jam dies quinquaginta in hac *mantuana* dieta Sederimus Expectantes eorum aduentum qui non semel sed pluries per literas et nuncios nostros ad hoc sanctum christi opus apostolica uoce sunt conuocati, Cumque etiam Audiamus oratores Diuersorum Regum et principum in Jtinere esse et breui ad nos conuenturos Conueniens tue christianissime Domui esse putamus ut quandoquidem in his que fidei sunt numquam est passa. ab. aliquo potentatu christiano se superari. Sed Ceteris ad bene et fortiter agendum fuit exemplo: Velis hanc excellentem maiorum tuorum gloriam hoc tempore retinere: et nec pati in Reliquorum fidelium conuentu pro christianorum salute Jndicto Oratores eius non esse qui christianissimi Regis gerit cognomen. Hoc et honor tuus Regius et temporis presentis condicio et nostre quoque preces, tociens iterate suo Jure expostulant: Accedunt Nuncij pene quottidiani ex *Vngaria Bosna* et *Albania* et *peloponesso (sic)* multisque aliis fidelium locis ad nos venientes quorum testimonio satis certum habemus nichil rebus christianorum calamitosius esse quam tarditatem hanc tantam ferendi auxilii interponi Siquidem et hostibus uires et nostris detrimenta in dies accumulat: denique etiam cum Status ecclesie quem non sine periculo et *(recte:* ex*)* discessu nostro reliquimus. sumptus etiam graues quos in terra aliena subire compellimur Alieque quam pluries *(sic)* necessarie cause hoc in loco nos diutius esse non sinunt Eandem Celsitudinem tuam hortamur *(verso)* in domino et pie Requirimus ut quanto maturius potest Si personaliter uenire non Datur Oratores saltem tuos viros excellentes atque ydoneos cum tali mandato ad omnia tractanda et concludenda transmittas vt sicut alias scripsimus necesse non sit ex ipsa dieta Serenitatem tuam ulterius consuli Si ad longius in toto Augusto peruenies hic rem *(recte:* remanseris ?*)* facies rem deo beneplacitam suscepto operi salutarem: et in primis Celsitudini tue Laudabilem. Que sicut pias causas complexa est semper ita completti *(sic)* hanc debet que piissima est omnium Datum *Mantue* etc. xiiij Julij Anno primo.

**445**

1459 VII 24

*F. 60(57).* Brandeburgensi *Marchioni.*

*Pontifex valde de pace inter* Germaniae *Principes composita laetatur; oppidum* Zendren *in* Rassia *constitutum, insignem custodiae locum, nuper in* Turcarum *potestatem devenisse eum latere non putat, eiusque amissione non minorem* constantinopolitana *cladem acceptam esse reputat; maioribus*

*etiam quam numquam copiis ad christianorum ruinam* Turcas *accelerare notissimum est. Non est ergo procrastinandus ad diaetam adventus. (verso) Moveat eum pietas in fideles qui quotidie vel in servitutem ducuntur vel gladio pereunt.*

**446**

1459 VII 25

*F. 59(56)*ᵛ. Stephano de Nardinis.

*Quando* Germaniae *principes liberi a domesticis dissensionibus erunt, adventum ad diaetam accelerent, nam* Zendren *oppido amisso secundum vulnus christianitati inlatum est* Turcisque *liber in* Hungariam *patet excursus.*

**447**

1459 VII 28

*F. 61(58)*ʳᵛ. Florentinis.

*Ut oratores mittant, nunc praesertim cum* Hungariae *Regem durius* Turcarum *adventu premitur, hortatur.*

**448**

1459 VII 30

*F. 62(59)*ʳᵛ. Sancti Angeli *Cardinali.*

*De* Zendren *amisso deque* Bosnae *Regis perfidia atque* Turcarum *progressu, summam moestitiam accepit. Humanissime* Matthiae *Regis oratores suscepit et audita subventione quam postulabant quod per suas vires licuit id praestitit.*

**449**

(1459 VII-VIII)

*F. 83(80).* Sabaudiae *Duci.*

*Queritur Pontifex eum neque oratores neque filium misisse et hortatur ut mittat.*

**450**

1459 VIII 3

*F. 71(68).* Venetiarum *Duci.*

*Cum Pontifex initium diaetae dare decreverit, presentibus iam* Mediolanensi *et* Mutinensi *Ducibus et Ducis* Sabaudiae *filio, eum vehementer ut oratores mittat hortatur.*



**451**

1459 VIII 13

*F. 64(61)*ᵛ*-65(62)*ʳᵛ. Brandeburgensi *Marchioni.*

*Eum neque litteris pluries ei missis respondisse neque oratores misisse Pontifex miratur.*

**452**

1459 VIII 13

*F. 65(62)*ᵛ. Burcensi *Episcopo.*

*Valde miratur Pontifex Imperatorem neque ad diaetam accessisse neque idoneos oratores misisse.*

**453**

1459 VIII 19

*F. 70(67).* Bohemiae *Regi.*

*Laudat quod oratores pleno mandato suffultos missurus appareat.*

**454**

*A folio 71(68) usque ad 79(76) complures litterae habentur quibus christianos principes ad oratores mittendos hortatur Pontifex. Ii quidem sunt:*

| | | |
|---|---|---|
| 1459 VIII 19 (?) – | *F. 71(68)*ᵛ | Florentini |
| | *F. 71(68)*ᵛ. | *Episcopus* Lucanus *Protonotarius* |
| 1459 VIII 25 | *F. 72(69)*ᵛ. | Mediolanensis *Dux* |
| | *F. 74(71)*ᵛ. | Imperator |
| 1459 VIII 30 | *F. 76(73).* | Imperator |
| 1459 IX 2 | *F. 77(74).* | Angliae *Rex* |
| | *F. 77(74)*ᵛ. | Sabaudiae *Dux* |
| 1459 IX 3 | *F. 77(74)*ᵛ. | Mediolanensis *Dux* |
| 1459 IX 4 | *F. 78(75).* | Mutinae *Dux* |
| 1459 IX 6 | *F. 79(76).* | Imperator |

**455**

(1459 IX)

*F. 84(81)*ʳᵛ. Franciae *Regi.*

*Pontifex non parum oratores eius nondum pervenisse miratur; eos usque ad Sancti* Martini *festum expectat.*

## 456

1459 IX 6

*F. 79(76). Imperatori.*

*Cum ex omnibus ferme fidelium nationibus ad diaetam oratores convenerint inter quos* Clevensis (?) *Dux, cum venturi sint* Mediolanensis *et* Mutinensis *Duces, cum ex tota* Italia *legationes adsint et ex* Gallia Anglia *et* Britannia *brevi sint affuturae, ne suorum oratorum missionem differat hortatur.*

## 457

1459 IX 8

*F. 79(76).* Sancti Angeli *Cardinali.*

*Videat utrum illis 20 milibus ducatorum ei, imminenti* Hungariae *Regno a* Turcis *periculo missis, parcere possit* Turcis *ipsis iam in* Graeciam *se recipientibus.*

Cardinali *Sancti Angeli.*

Dilecte fili etc. Nouit Circumspectio tua paupertatem *Romane* ecclesie et sumptus ingentes quos in manutenendis terris et celebranda dieta facere hucusque sumus compulsi. his autem non obstentibus *(sic)* cum superioribus diebus de adventu *Turcorum* et periculo imminenti regno *hungarie* ex tuis literis cognouissemus commisimus tibi per alias nostras vt xx[ti] milia ducatorum in eam subuentionem exponeres que tibi prope diem essemus integre *(verso)* remissuri. Cum Jtaque postmodum Jntellexerimus *Turcum* cum exercitu suo in *greciam* se recepisse et metum illum acrem cessare propter quem prouisionem illiusmodi faciendam putauimus si videret Circumspectio tua talem expensam necessariam ad presens non esse gratissimum nobis esset ut ab illa pro nunc astineres: Nos enim summam antedictam non levi: onere mutuari cepimus; et cum ventura estate alias prouisiones facere Jntendamus. minori cum incommodo subire hoc onus possemus, vtilius etiam Judicantes hoc subuentionis corpus simul quam membratim exponi; Circumspectio tua que presens est et ex propinquo magis quid opus sit et quid non sapienter intelligit sequetur quod melius iudicabit. Nos necessitatem nostram Declarasse sumus contenti. Cui non dubitamus consules quantum scies et poteris, Tractatum Diete Duce altissimo cras ex incipere *(sic)* Jntendimus. Adsunt enim ex omnibus ferme christifidelium nationibus et ex tota *Jtalia* oratores Conuenturosque ante medium presentem mensem *Mediolani* et *Mutine* duces speramus. Ex *gallia* quoque et *Anglia* et *Britannia* solemnes legationes prope diem aderunt. Concedat diuina pietas et *(recte:* ut*)* quod pro augmento Catholice fidei et christianorum conseruacione optamus perficere cum his valeamus. A Circumspectione tua de omnibus que Jstic aguntur certiores fieri expectamus Mirantes quandiu Literas tuas non habuerimus Datum etc. *Mantue* Viij Septembris Anno primo.



## 458

(1459 IX 16 ?)

*F. 82(79.) Ignoto.*

*Archiepiscopum* Cretensem *ad pacem inter* Poloniae *Regem et Magistrum fratresque* Beatae Mariae Teutonicorum *constituendam Pontifex mittit, ut ad expeditionem contra* Turcas *cum ceteris catholicis concurrere possint.*

## 459

(1459 IX)

*F. 167(164).* Siciliae *Regi.*

Ianuenses *magno studio classem in eum parant.*

## 460

1459 X 16

*F. 87(84).* Caramaniae *Principi.*

*Hortatur ut in suo proposito contra* Turcas *perseveret.*

## 461

1459 XI 5

*F. 90(86)*[v]*-91(88).* Sancti Angeli *Cardinali.*

*Pontifex sextum iam mensem* Mantuae *agit et nihil omisit principes excitans (f. 90(87)*[r]*) sed christianorum animum quem sperabat non invenit, Fatetur paucos admodum esse quibus de publicis rebus maior cura sit quam de privatis, omnibus ferme ad propria intendentibus.* Italici *principes et rerum summas gerentes iureiurando tamen, voto et chirografo proprio ad obsequium Dei et defendendae fidei onus se solemniter obligaverunt. Sed cum ex* Januensi *re publica instructissima classis pro* Gallis Regibus *ad miscendum* Neapolitanum *Regnum profecta sit, Pontifex ne opus suum perturbetur timet, omnibus principibus paulatim ad bellum allectis. Sed ipse ab incoeptis non cessat. Cardinali iniungit ut cum* Hungarorum *Rege statuat quot milibus armatorum opus sit ad bellum feliciter prosequendum et omnia alia quae statuenda sint. Rex (verso) offert XII milia equorum et peditum milia nonnulla suis stipendiis ad bellum conferre. Pontifex quoque suis sumptis XII milia eqitum armare et nutrire*

*per aliquot menses cupit, id minimis cum expensis fieri posse apprime cognoscens. Si a Cardinali haec XII milia equitum conduci contingerit, eius imperio duci optat. Videat etiam utrum* Germani *exercitum in* Turcas *mittere parentur.*

**462**

1459 XI 29

*F. 92(89).* Mutinensi *Duci.*

*Pontifex eum de* Brandeburgensis *Marchionis ad diaetam adventus die certiorem faciet ut simul cum eo adsit.*

**463**

(1459 XII ?)

*F. 82(79).* Portugalliae *Regi.*

*Ut votum contra* Turcas *emissum in aliud pietatis opus mutaretur petiverat. Pontifex votum commutans petit ut Rex suis expensis mille bellatores in expeditionem contra* Turcas *mittat qui per decem continuos menses totius exercitus duci pareant.*

**464**

1459 XII 10

*F. 102(99)ᵛ.* Gregorio de Lellis.

*Sicut a reliquis* Italiae *Potentatibus, decimas vigesimas et trigesimas etiam in* Pontificio Statu *exigat, crucesignatis nullatenus exceptis.*

**465**

1459 XII 12

*F. 96(93).* Franciae *Regi.*

*Regii oratores maximo cum honore recepti, praeter expectationem venisse visi sunt* Renati *Regis* Januaeque *partes adversus* Ferdinandum Aragonensem *commendaturi. Eorum oratio non communem actionem sed Pontificis et Apostolicae Sedis accusationem agere visa est.*

**466**

1459 XII 22

*F. 94(91)ʳᵛ.* Pontifex *N. N. hortatur ut accedat vel oratores pleno mandato fulcitos ad diaetas exercitui congregando in Civitate* Nurimbergensi *et in Curia Imperiali tenendas mittat.*



**467**

1459 XII 29

*F. 98(95)ʳᵛ-99(96). Imperatoris oratores et Sacri Imperii Principes (verso) in conducendo exercitu decem milium equitum et triginta duo milium peditum in* Turcas *una cum aliis principibus et communitatibus* Germanicae *nationis, omnia et singula capitula in diaetis* Francofordii *et* Novae Civitatis Austriae *concordata, servare promittunt.*

*Ad impedimenta tollenda a Pontifice petunt ut diaetam indicat infra venturam quadragesimam ad oppidum* Nurimburgensem *et Apostolicae Sedis legatum mittat qui cum Imperatore et Principibus vel eorum oratoribus, pacem componendam, ordinem expeditionis statuendum, taxam imponendam et hominum numerum ad exercitum mittendorum tractet et ordinet.*

*Iidem aliam diaetam inter praecedentem et Paschae festum in Curia Imperiali teneri ad dissidium tollendum inter Imperatorem et* Matthiam de Hunyad Bisticensem *Comitem petunt ut securus transitus per* Hungariae *Regnum statuatur (f. 99(96)ʳ). Adsit etiam pontificius legatus qui de navali classi fidem facere possit. Pontifex cum Cardinalibus hanc caedulam ab oratoribus lectam acceptavit et diaetas indixit.*

**468**

(1459 XII)

*F. 95(92). Imperatori.*

*Imperatoris oratorum adventus et aliorum* Germaniae *principum ad felicem conclusionem diaetam duxit. De diaetis* Norimbergae *et in Curia Imperiali congregandis ut felicem exitum sortiantur curet.*

**469**

1460 I 8

*F. 97(94).* Bohemiae *Regi* Georgio.

Mantuanus *Conventus adsentientibus Regum et Principum oratoribus validum exercitum quamtocius in* Turcas *congregandum edixit; quod ut executioni mitteretur Pontifex duas diaetas in* Germania *fieri statuit; ad eas ut accedat et praesertim ad* Nurimburgensem *hortatur, vel ut oratores cum pleno mandato mittat.*

**470**

1460 I 10

*F. 106(103).* Interamnensi *Episcopo.*

*Conclusum est cum tota* Jtalica *natione, cum* Germanica, *cum* Hispana *et cum* Burgundiae *Duce ut* Itali *ecclesiasticorum decimas,* Iudaeorum

*vigesimas et laicorum trigesimas solvant, libere indulgentia denique ubilibet praedicetur;* Germani *triginta milia peditum et equitum decem, simul cum decimis atque indulgentiis;* Castellae *Rex solas decimas et indulgentiarum praedicationem pollicetur;* Burgundiae *Dux quattuor milia peditum et duo milia equitum promisit. Pontifex primus integras spiritualium et saecularium redditum decimas obtulit,* Bessarionem *cardinalem ad pacem inter Imperatorem et* Hungarorum *Regem tractandam misit.* Franciae *Rex* Carolus *dissensionibus cum* Angliae *Rege obstantibus, securo animo auxilia in* Turcas *ferre non potest. Inter hos propterea Pontifex diaetam indixit et legatum misit (verso), cum in* mantuana *diaeta,* Anglis *oratoribus absentibus, de eorum pace vel induciis tractatio haberi non potuerit.* Interamnensem *ad haec negotia credentialibus literis instruit; is simul cum* Veronensi *Episcopo ad* Carolum *Regem nuncio, ut Pontificis desiderium adimpleatur operam det.*

**471**

(1460 I)

*F. 107(104).* Sancti Angeli *Cardinali.*

*Cum eius praesentia omnino in* Hungariae *Regno ad multa agenda necessaria sit et etiam ad omnia oportuna contra frequentes* Turcarum *excursus paranda, eum et in* Hungaria *simul et in* Germania *necessitatibus occurrere non posse Pontifex duxit; (verso) legatum ergo in* Germaniam *cardinalem* Bessarionem *misit.*

**472**

1460 I 12

*F. 108(105). Imperatori.*

*(verso) Pontifex eum ducem et generalem capitaneum in* Turcas *aliosque infideles constituit. Si ipse munus implere nequeat, aliquem ex* Germaniae *principibus, rebus gestis insignem, eligendum curet sui vices agentem, sibi administratione reservata.*

**473**

1460 I 13

*F. 161(158).* Nicaeno *Cardinali.*

*Si causae aliquae omnino postulent* Sancti Angeli *Cardinalem* Romam *reverti, eum adeat eiusque locum suscipiat.*

**474**

1460 I 18

*F. 109(106)$^{rv}$.* Sancti Angeli *Cardinali.*

*Quod iam de copiis Pontificis nomine ducendis cogitet laudat.*



**475**

1460 I 18

*F. 99(96)$^{v}$.* Hungarorum *Regi.*

*Pontifex in* Mantuana *diaeta (f. 100(97)$^{r}$ illum quem sperabat zelum non invenit, adventus tamen eius inanis non fuit;* Germanicae *nationi ad promissa servanda* Bessarionem *cardinalem* nicenum *eundemque* tusculanum *episcopum, apostolicum legatum mittit, qui pacem Regem inter et Imperatorem componat (verso) ceteraque omnia tractet.*

**476**

1460 I 24

*F. 99(96).* Hungariae *Praelatis Baronibus et Nobilibus.*

*De rebus in* Mantuana *diaeta gestis eos certiores facit. Legatum in* Germaniam *mittit (verso) qui inter Imperatorem et Regem pacem componat, exercitum congreget quem salvum et indemnem per* Hungariae *Regnum, nullam cuiquam offensionem utique afferentem, traducere possit.*

**477**

1460 II 20

*F. 178(175).* Sancti Angeli *Cardinali.*

Germanorum *principum discordiam morasque in cruciata suscipienda vituperat Pontifex. (f. 179(176)$^{r}$)* Hungarorum *Regi contra* Turcas *ituro auxilium quadraginta quinque milium ducatorum promittit et eum hortatur ut difficultatibus non obstantibus perseveret.*

**478**

(1460 III)

*F. 173(170)$^{v}$. Imperatori.*

*De christiani exercitus imperio ei commisso, per se ipsum quid sibi agendum sit videat. (f. 174(171)$^{r}$) Si alium quemdam sibi substituet, bene quidem; quemcumque substituet Pontifex probabit, quamquam* Albertum Brandeburgensem *marchionem optimum reputat.* Sancti Angeli *Cardinalem revocare non renuit, enimvero ex repentino eius discessu scandalum oriri posse formidat. Imperatorem non pigeat paululum exspectare. Adest* Nicaenus *Cardinalis qui ferventi socio habenas adducere potest, iussus siquidem imperatoriae voluntati morem gerere.*

## 479

(1460 III)

*F. 175(172)*[rv]. Nicaeno *Cardinali – Bulla aperta.*

*Plena facultas ad pacem in diaeta* pragensi *Imperatorem inter et* Hungarorum *Regem kalendis maiis per oratores apud* Georgium Podjebrad, Bohemorum *regem habenda.*

## 480

1460 III 12

*F. 153(150)*[v]. Sancti Angeli *Cardinali.*

Zendren *castrum,* Turcis *traditum, nefarium* Bosnensis *Regis facinus, toti orbi notissimum est. Huius oratores Pontifex de conventione cum* Turcis *facta vehementer increpavit. Cum eodem* Bosnensi *ad conventum* Hungariae *Rex accurrit. Intelligit Pontifex quid Cardinalis iudicet de induciis cum* Turca *ineundis, qua in re, nihil aliud dicere potest nisi regum corda in divinis manibus exstare. Quam arduum sit* Iohannem Sisgra *comitesque alios nonnullos stipendio conducere Pontifex non ignorat. Cardinalem* Sancti Angeli *de* Nicaeni *Cardinalis in* Germaniam *missione iocari aegre fert.*

## 481

1460 III 30

*F. 156(153).* Urbis *Conservatoribus.*

*Graves excessus qui* Romae *quotidie debacchantur et qui apprime per orbem innotescunt Pontifex audivit. Ut ordo restituatur provideant.*

## 482

1460 IV 1

*F. 156(153)*[v]. Mutinensi *Duci.*

*Miratur Pontifex usque ad illum diem literas apostolicas de decimis vigesimis et trigesimis ducem promulgari vetuisse.*

## 483

1460 IV 25

*F. 185(182)*[v]. Sancti Angeli *Cardinali.*

*Ex eius literis intellexit Pontifex quae timeri de* Hungariae *Regno possunt quod hucusque murus constitit christianitatis. Opem afferre vetat christianorum principum negligentissima tarditas. Pontifex suo marte remedium afferre nequit cum omnino egenus sit. Pro viribus instanter laborat ut ea quae in* mantuana *diaeta promisit executioni mandet. Nuntios et legatos ad impedimenta tollenda misit.* Hungariae *Regnum periculis*



*internis et externis cum appetatur, de induciis cum* Turca *ineundis idem timet Pontifex quod Cardinalis neque videt quomodo tractatus huiusmodi impediri possint ut qui occulte aguntur. (f. 186(183)*[r]*) Principes mira tarditate omnia agunt ita ut Pontifex* Hungaris *promissum duodecim millium equitum auxilium se ferre posse dubitat. Invalescentibus cum* Turcis *tractatibus, vel Imperatore in* Hungariam *transeunte, de suo discessu id agat Cardinalis quod Pontificis honori atque suo convenire videbitur. Ad decem naves armandas et ad milites* Contantinopolim *ducendos opes desunt. Pontifex sententiam de non expendenda pecunia ad eum missa, si* Hungari *in pace vel induciis cum* Turca *perseverabunt, probat.*

## 484

(1460 IV)

*F. 57(54)*[v]. *Imperatori.*

*Pontifex ensem et pileum ei mittit.*

## 485

(1460 IV)

*F. 186(183)*[v]. *Imperatori.*

*Incursio in* Turcas *prorsus non differenda; pacem etiam sive inducias Imperatorem inter* Hungariaeque *Regem quantocius fieri postulat.*

## 486

(1460 IV 3 ?)

*F. 181(178)*[v]. Ursino *Comiti.*

*Si* Iacobus Piccininus *Comes in* Neapolitanum *Regnum transierit, ipse statim in* Campaniam *in Regis auxilium se conferat.*

## 487

(1460 IV)

*F. 157(154).* Marchae *legato.*

*Salvusconductus pro ducalibus* Mediolanensibus *copiis et* Frederico urbinati *Vicario in Regnum* Neapolitanum *euntibus.*

## 488

(1460 V)

*F. 221(218)*[v]. *Domino* Antonio [Piccolomini ?].

*Laetatur Pontifex eum feliciter (f. 222(219)*[r]*) in* Neapolitanum *Regnum transisse et cum regio exercitum coniunxisse et iter facientem duo oppida expugnasse.*

**489**

(1460 V)

*F. 213(210).* Hungarorum *Regi.*

Turca *in Hungariam adveniente, ne Legatus discedat postulat Rex. Necessarias equidem suppetias ipse Pontifex advenire non renueret, nisi molestiis nimiis laboraret, pro iustitiae et Apostolicae Sedis defensione intolerabiles expensas facere coactus. Magna animi laetitia audivit Pontifex,* Turca *adveniente, ipsum Regem obviam ei fieri velle.*

**490**

(1460) V 5

*F. 204(201)*ᵛ. Nicaeno *Cardinali.*

*Antequam ad diaetam imperialem accedat, oportet eum principes* Superioris Germaniae *inter se pacificare; diaetae dilationem nullo modo procuret; interdum sustinere fas est. In* Italia *quoque non nimia promptitudine proceditur et pauci promissorum et voti in diaeta (f. 205(202)*ʳ*)* mantuana *suscepti sunt memores. Iam Pontifex de induciarum vel pacis per* Hungaros *et* Turcas *habito tractatu audivit, quibus tractatibus invalescentibus promissa 45 millia ducatorum pro* Hungaris *a Camera Apostolica extrahere non licuit.*

**491**

1460 V 15

*F. 207(204).* Nicaeno *Cardinali.*

*Literas eius, (verso) quasi quandam totius* Germaniae *luctuosam imaginem, mutua cede et lacrimabili bello dilaceratae cordis cum tristitia et amaritudine Pontifex legit; haec omnia scilicet mirum quomodo a* Germanis *aguntur, pro sua in Deum pietate, in christianos caritate atque zelo quo tollendum contra* Turcarum *crudelitatem crucis vexillum autumant. Quo vehementius vulnus divinae causae infligi non poterat. Si quo modo tantis Pontifex malis occurrere posset equidem sibi non parceret, at enim ut res se habent nil nisi lachrymas super christianorum caede fundendas habet.*

**492**

1460 VI 4

*F. 117(114).* Veronensi *Episcopo.*

*(Omissis)* ... Nuperrime autem cum pro aliqua subuentione Regni *Vngarie XL*ᵐ ducatorum decernerentur oratores omnes uocauimus qui erant in Curia nostra *(Omissis).*



**493**

1460 VI 13

*F. 205(202).* Nicaeno *Cardinali.*

*Cardinalem de* Germaniae *rebus spe aliqua teneri gaudet Pontifex.*

**494**

(1460) VI 18

*F. 166(163).* Ferdinando *Regi.*

Ferdinandum *Regem a suis hostibus oppugnatum hortatur Pontifex ne a* Skanderbego *oblatum auxilium respuat, praecipue fidei necnon egregii in bello animi viro.*

Regi *Ferdinando*

*(verso) pius* papa ij

Carissime in christo fili Salutem etc. Significauit nobis orator dilecti filii Nobilis viri *Georgii Castriotti* subditi tui, desiderium quo ad presens tenetur *Albania* relicta; transeundi in regnum *Neapolitanum* ad tuam defensionem, Merita in eum clare memorie patris tui et tua grate commemorans. Nos autem credentes hunc eius aduentum posse magnam vtilitatem rebus tuis prestare non solum propter fidem que in illo precipua est sed propter egregium eius animum quem in bellis semper ostendit hortati illum sumus per litteras nostras ut propositum suum opere compleat: et de gratitudine Celsitudinis tue non dubitet quam polliciti sumus condignam rationem habituram meritorum suorum, hortamur Jtaque pariter eandem tuam Serenitatem ut hanc illius oblationem non respuat si undecumque potest presidium dummodo facile sit in oppugnationem suorum hostium contrahat: Sic enim et tempora et presentem rerum conditionem flagitare cognoscimus, Quod si idem *Georgius* hunc transitum faciet sicut ostendit est *(?)* etiam nostri Judicij et sic suademus, ut quandoquidem ille proprias sedes propter defensionem tuam relinquit, Sis huius egregij animi memor ac gratus, talesque si ita uoluerit nouas sedes depulsis hostibus dedas, qui meritis suis uideantur debite Conuenire, hoc laudi tue et rebus gerendis conducere non parum putamus, Datum *petrioli* xviij Junij.

*(Pagellam hanc ignotus quidam novensilisque corrector non adeo perite insanabiliterque atroci calamo correxit, cuius ausu textum redimere non ubique potuimus; nil tamen est quod sensum obnubilet).*

**495**

(1460) VI 29

*F. 165(162)v.* Georgio Castriotae.

Skanderbegum Ferdinando *Regi opem offerentem laudat Pontifex; ab eo tamen petitum auxilium praestare non valet, raram utique eiusdem fidem et constantiam gravibus verbis extollens.*

*Pius* papa ij

*Scandarbeg*

Dilecte fili etc. Salutem Veniens ad nos dilectus filius *Martinus musiachius* miles et tuus orator retulit nobis quemadmodum in his molestis *(sic)* que Carissimo in christo filio nostro *ferdinando Sicilie* Regi Jllustri a suis hostibus inferuntur, Statueras fidelis subditi officium adimplere, et in *Regnum Neapolitanum* adueniens illi pro uirili tua operam afferre, Addidit, quoque quod cum sine manifesto periculo amissionis locorum que in *Albania* tenes Discessus tuus esse non posset, permittere tibi uellemus *(f. 166(163)rv)* ut cum *Turcho* posses pasisci *(sic)*: uel in *(cancellatum)* si hoc non probaremus Legatum nostrum istuc mitteremus, qui possessionem defensionemque dominij tui susciperet, Ad hec dilecte fili Respondemus Romano Pontifici non conuenire licentiam dare ut cum infidelibus paciscatur, quorum nulla communio *(?)* dei offensione est vacua: Mittere autem Legatum qui loco tui partes illas tutetur duximus nec vtile ad id quod queritur esse nec nobis propter impotenciam facile: verum cum *veneti* paratam Classem Jam habeant (1) et potentes admodum sint Jntercessuros cum eis ut Dominium antedictum protectionemque capiant nec diffidere nos id eos esse facturos, Hoc Jdem autem tue nobilitati per literas respondemus, dolentes admodum inuentam non esse in principibus christianis eam deuocionem ad opus fidei quam sperabamus nec tales esse nostras et ecclesie uires vt tue Nobilitati auxilia prestare possimus, que constancie et operibus pro fide susceptis deberi cognoscimus, propositum autem transeundi ad deffencionem antedicti Regis quem de te benemeritum memoras plurimum commendamus, Non dubitantes aduentum tuum magne illi vtilitati ad omnia bene gerenda futurum, Teque ex eo plurimum vere laudis esse consecuturum. Confidimus, quoque Regiam Serenitatem hanc tuam fidei prestantiam attendentem premia retributurum que in tali necessitate sunt debita Nosque ad eum efficaces litteras dedimus. Et vehementer sumus hortati vt mentem hanc tuam grate suscipiat, dignamque habeat etiam fidei et Constantie Rationem quam in paucis inuenit Non Dubitamus suam Serenitatem nostras exhortationes et facta tua intuentem honorifica gratitudine erga te esse usurum Datum xxviiij Junij etc.

(1) *De hoc apparatu notitia extat in Arch. Status Venet.,* Sen. Mar. R° 6, c. 183(182)rt, d. 16 VI 1460.



**496**

1460 VII 8

*F. 120(117)v.* Germaniae *principibus minuta comunis.*

*Magno dolore Pontifex ex dissensionibus in* Germania *post* Mantuanam *diaetam ortis affligitur; maius fidei causae vulnus inferri non poterat. Plus in hominum animis terrenus affectus potuit quam proprii debiti ratio; promissa servata non sunt neque pax stabilita. (f. 121(118)r) Pontificius legatus ad diaetam* Nurimburgensem *se conferens, cum frequentes principes iuxta eorum promissa speraret conventuros, illorum oratores quam paucissimos invenit. Pontifex diu noctuque ad impedimenta tollenda laborat. Imperator etiam ad discordias sedandas et omnia in* Mantuano *conventu statuta implenda intentum se esse per literas suas testatur, et diaetam quae in* Nova Civitate *haberi debuerat, ad septembris kalendas prorogari curavit. Pluries multisque modis una Pontificis vox ad arma conclamavit in christianorum auxilium, sed surdis cecinit: periculis non in oculis positis nulla fides.*

**497**

1460 VII 10

*F. 121(118)v.* Nicaeno *Cardinali.*

*Omnia quae is fecit probat Pontifex. (f. 122(119)r) Si labores eius prospere non succedant, temporum morumque culpa. Oratores quos Imperator ad componendam pacem se missurum promisit, curet Cardinalis ut quam primum mittantur, quibus et suos socios addere poterit. (verso) Queritur Imperator* Sancti Angeli *Cardinalem* Hungariae *Regi nimium favere et sibi etiam adversarium esse, eumque revocari postulat, quam querelam Pontifex minime negligendam putat. (f. 123(120)r)* Veneti *triremes quam plurimas paratas habent et plures in dies parare dicuntur, de* Turcarum *classi suspicione moti, cuius apparatum timent formidantque, ne scilicet in se potius quam in alios quoscumque moveatur.*

**498**

1460 VII 26

*F. 135(132)v.* Ursino *Comiti.*

(Omissis) «*intelligimus vicinitatem hostium et feras difficultates et Jndigentias copiarum Vestrarum*» (Omissis). *Pontifex legato* Marchiae *provin-*

*ciae scribit ut sine mora victualium copiam faciat: « hostium propinquitas periculi est plena. Accepta clade* sarnensi, *si alia nunc inferatur actum esset de Regno et etiam* Status Pontificius *pati facile posset* » (Omissis).

**499**

1460 VII 27

*F. 136(133)*v. Marchiae *legato.*

*Intelliget ex literarum exemplaribus, quae ei mittuntur, quanti pro* Statu Pontificio *momenti sit illa celeriter exequi quae circa populares milites et pedites ad pontificium exercitum mittendos et circa victualium provisionem illi mandavit. Itaque quam pressius potest, sine ulla dilatione mandata perficiat. Res enim eo est adducta ut brevi* Neapolitanum *Regnum* Pontificiique Status *negotia facile everti possint.*

**500**

1460 VII 31

*F. 133(130).* Nicaeno *Cardinali.*

*(verso) (Omissis)* ad septimam Julij *ferdinandus* Rex cum obsessos hostes imprudentius aggrederetur insignem cladem accepit. Que pene exploratam victoriam de manibus suis arripuit, paulatim se tamen colligit Et ad novam defensionem quem potest undique trahit *(Omissis).*

**501**

1460 VIII 11

*F. 134(131)*v. *Mediolanensi* Duci.

*(Omissis)* ... post Calamitatem a Regia Serenitate apud *Sarnum* acceptam Jntendit nobilitas tua. Jntendimus et nos nouas gentes in auxilium suum transmittere *(Omissis).*

**502**

1460 VIII 26

*F. 148(145).* Siciliae *Regi.*

*Adversas Regis res Pontifex graviter fert. Bono animo nihilominus sit;* Mediolanensis *Dux de ferendo auxilio* (verso) *cogitat; Pontifex nihil quod in se est omittit brevique valida praesidia praestare sperat.*

**503**

(1460 VIII)

*F. 212(209)*v. Niceano *Cardinali.*

*Pontifex* Hungariae *legato,* Nicaeni *consilium secutus scripsit, qui quidem se non discessurum affirmat, quandiu de* Turcarum *transitu metus incumbat, se quoque a Rege eiusque Consilio detineri asserens. Ceteris negotiis, quorum causa* Nicaenus *missus erat, desperatis, id unum restat ut inter Imperatorem et Regem pacem componi curet, quo nihil utilius grandiusque sane ex eis quae hucusque acta et temptata sunt existimans.*



**504**

(1460 VIII)

*F. 202(200)*v. Nicaeno *Cardinali.*

*De Palatino Comite ita Pontifex respondet:* Fiat voluntas Dei frigescentibus in opera bona.

**505**

(1460 VIII)

*F. 138(135).* Ferdinando *Regi.*

Castellum ad Mare *a proditoribus hostibus traditum esse regiae literae Pontifici confirmant. Desperandum tamen non est: Pontifex et* Mediolanensis *Dux auxilia mittent.*

**506**

(1460 VIII)

*F. 142(139)*v. Mediolanensi *Duci.*

*Misit quidem* Sorensem *Ducem Pontifex* Terracinam Neapolitano *Regi rebellantem, cui tamen patrocinium recusare non poterat quin urbs illa in* Franciae *Regis potestatem deveniret.*

**507**

(1460 VIII)

*F. 134(131). Mediolanensi* Duci.

*(Omissis)* Ex literis tuorum Jntellexisse te credimus quo pacto res *aprutine* se habeant dura certe nostrorum exercituum conditio. Videlicet qui proxime apud *Sanctam Flaviam* prelium committentes Jacturam non mediocrem Equitum acceperunt Jta ut *Trunctum* regredi necesse habuerunt hosti quottidie magis supplementa adveniunt que nisi nostris quoque accesserint facultas ad res bene gerendas non erit *(Omissis).*

**508**

(1460) VIII

*F. 147(144).* Thranensi *Cardinali.*

*Pontifex* Iacobum Piccininum *pontificium exercitum impetiturum esse ad* Tagliacotium *putat. Propinquitas illa est periculi plena, nec parvi momenti est pro* Status Pontificii *securitate locum illum ab hostibus servari.*

*Pontifex de auxiliis a se paratis* Thranensem *certiorem facit. Cardinalis Pontificis conditionem apprime cognoscens quae expedire viderit facienda curet.*

**509**

(1460) IX 16

*F. 142(139).* Nicaeno *Cardinali.*

*Nova quotidie in* Germania *fidei negotiis impedimenta afferuntur dum* Monembasia Peloponnesi *Urbs* Romanae *ecclesiae se dedit, totius regionis recuperandae auspicium.*

*Pius* papa ij *Niceno*

Venerabilis frater Salutem etc. Accepimus literas tuas *Vienne* ad xxiij diem Augusti datas Legimus etiam que ex Ciuitate *Senensi* Cardinalis *Sancti petri aduincula* ad nos scripsit, dolemus noua quottidie Jmpedimenta operibus nostris afferri, Et Jmperatori cuius quies poterat adiumentum aliquod communi cause prestare per execrandam illam *Bohemorum* societatem graue negotium exhiberi, versari nos vult deus his malorum continuationibus et in longis afflictionibus patientiam temptare suorum fidelium: Speranda tandem est nostre tollerantie merces et spes certa habenda: non derelicturum illum populum suum quem cum maxime castigat: docet se illum diligere. fraternitas tua. pacienter omnia perferat et in malis que accidunt pro consuetudine sua. eligat minima mala, omnis Locus omnis conditio inquieta sunt homini, hec etiam minus moleste ferenda est. inquietudo ista tua. quod et mercedam *(sic)* apud deum et commendationem apud homines precipuam habet. Noui quod tibi significemus nil in presentiarum occurrit *Monobasiensis Amorree* Ciuitas uidentes despotum *demetrium* ad *Turchum* concessisse cum dilectus filius *Januarius Cremensis* quem missum Ducissa. *Mediolani* in locorum illorum presidium nostri illuc forte appelleret libere se ipsos et Ciuitatem Romane ecclesie dediderunt. fidelitatemque ipsi *Januario* nostro nomine recipienti cum solemnitate Jurauit. Oratores quoque vnacum oratoribus *Thome* Despoti huc venientes. hanc ipsam dedicionem in Collegio fratrum et prelatorum conspectu fecerunt. *Thomas*que ipse omni iuri quod sibi forte in eo loco competeret libere cessit. Est ea ciuitas oportunitate loci et presidio nature Jta disposita. ut non solum tutum respectum *(cancellatum)* receptum christianorum auxiliis illuc forte mittendis sed facilitatem quoque ad recuperandam *(verso) peloponessum* Datura apparet. hoc ad consolacionem tuam significandum tibi putauimus... *(Omissis)* Datum etc xvj Septembris *Corsignanj.*



**510**

(1460) IX 20

*F. 145(142).* Antonio Castellano.

Iacobum Piccininum Taliacotium *venisse et* Neapolionem Ursinum *ad resistendum nullo modo sufficere Pontifici nuntiatum est. Huic sine mora auxilium aliquot lancearum et peditum quinquaginta afferendum est.*

**511**

1460 X 6

*F. 194(191).* Nicaeno *Cardinali.*

*Tempestas illa quae* Germaniam *totam turbaverat in tranquillitatem conversa est.* (verso) *Imperator nunc ad detrectandum exercitus imperium causas non habet sibique adiutorem optimum comitem* Fredericum *adiungere potest. Imperio suscepto quod cupiebat, cur decimis solvendis obstet non videtur, ad hoc unum intendens ut exercitum colligat et in hostes ducat.*

**512**

1460 X 6

*F. 195(192). Imperatori.*

*Eadem quae in brevi praecedenti dicuntur.*

**513**

(1460) XI 3

*F. 227(224).* Ferdinando Regi.

*De* Franciae *Regis voluntate* italicis *rebus adversa. Pontifex tamen* Ferdinandum *Regem non deserit, ad victorias prosequendas incitans.*

*pius* papa *ij* Regi *fernandino*

Scimus in curia nostra et alibi varia sentiri et dici de nostra et ducis *Mediolani* erga res *Gallicas* mente, propterea ne aliter tu forte audires quam veritas habeat, Duximus tuam Serenitatem De omnibus certiorem reddendam. nuper cum in Coronatione nouelli Regis, *francorum* nuntiatus esset *Gallorum* conflictus apud *Januan* habitus: Serenitas sua. Damno illo commota. Dicitur palam multa dixisse que mentem eius inclinatam ad res *Jtalas* arguebant, Ostendebat recuperationem *Janue* et facta regni tui illi in animo esse, hoc Jntuens Dilectus filius nobilis vir *Burgundie* Dux, ne ad vim apertam ueniri haberet, onus sumpsit oratoris mittendi ad ducem *Mediolani* prefatum et uidendi num aliquo modo satisfieri uoluntati Regie posset, Audimus hunc oratorem petiturum esse aduce vt suo adiumento Eadem Ciuitas *Januensis* ad

deuocionem redeat *Gallie* domus, petiturus etiam vt idem fiat de regno oblaturus quoque pro Serenitate tua certum quid inane ac friuolum. Vt quid communi sententia venturo oratori a duce et nobis posset concorditer Responderi, Misit ad nos excellentia sua. dilectum filium *prosperum* de *Camulio* redeuntem proxime *(verso)* ex *gallis* sciscitatum quid nobis super his que erant petenda respondendum iudicaremus, Nos uero non ualentes negare quod alias sepe et *mantue* et diuersis in locis vltro *gallis* obtulimus, diximus extimatione nostra respondendum esse sicut ex copia presentibus introclusa plane intelliges Alia mens nostra non est quam illa cognoscas, Bono animo sit tua. Serenitas et uiriliter. continuo agat, prosequens victorias suas quas quottidie Jocundo animo accipimus, deus te et bonam causam tuam non deseret; Nosque sicut hactenus fecimus Jta Imposterum pro uiribus nostris in nullo tibi deerimus, Jdem Deprefato duce credentes, Datum *Rome* iij Nouembris.

Risposta data per parte dela. Santita di nostro Signore alli Misseri oratori ducali Misser *Otto*. da *Careto* et *prospero* da *Camulio*.

### 514

1460 IX 4

*F. 196(193)v.* Nicaeno *Cardinali.*

*Viennensis diaetae exitum et moerorem a Cardinali susceptum Pontifex intellexit. Gentem illam praeclaram tam dissimilem apparuisse ab ea quae visa est in* mantuana *diaeta dolet. Consilium eius a* Germania *discedendi, rebus sic stantibus, non probat. (f. 197(194)r) Tractatus nullo modo abrumpendi sunt, quod si fieret christianitati calamitosum et non* Germanis *solis sed et Sedi apostolicae infamiae esset. (f. 198(195)r) Curet* Fredericum *comitem secundas imperii in exercitu acceptas habere, decimas imponi; classem parandam promittere vitet. Si nihil obtinere possit* (verso) *de colligendo utcumque exercitu invigilandum ei erit, sicut ipse in diaeta* mantuana *proposuerat. Per* Monembasiam *aditu patente, a decem milibus bellatorum totam* Peloponnesum *ex iugo infidelium eximi posse non dubitat.*

### 515

1460 XI 24

*F. 150(147).* Mediolanensi *Duci.*

*Pontifex ab eo auxilium petit, cum undique armis circumdatus sit.* Iacobus Sabellus *manifestus est hostis,* Eversus *Comes [de* Anguillara] *eum instanter insectatur, de* Columnensibus *nihil nisi hostile sperare licet,* Iacobus Piccininus *eius milites claudit et cum paucis occupatos tenet,*



*tumultus in Urbe oriri posse timendum est et hostes in hoc intendunt ut mala continuata Pontificem evincant.* Sigismundus *[de* Malatestis] *fere totum* Marchiae *Vicariatum vi eripuit et Ecclesiae terras invasit. Redditus mirum quantum diminuti, expensae iam vires superant et maiores incumbunt; tantis incommodis reluctari arduum nimis est.*

### 516

(1460 XI)

*F. 151(158)v.* Antonio Venerio, *in* Castellae *Regno [Nuntio].*

*Per ea quae in* Ferdinando Siciliae *Regi defendendo fecit, ex principibus christianis multos indignari Pontifex audivit.*

### 517

(1460 XI)

*F. 214(211). Imperatori.*

*Legit utique Pontifex quid Imperator et duo electores aliique Imperii principes scribant et quae in Pontificis et Imperatoris detrimentum in* Germania *attemptentur. Propterea vehementer miratur temporum conditionem in quibus homines debiti sui parum memores per scandala querunt quae privati sunt boni. Imperator vero* (verso) *Pontifici suffragabitur. In* nurimbergensi *et* francfordiensi *diaetis, ad quas Pontifex oratores misit, de ambobus agetur. (f. 216(213)r) Valde laetatur Pontifex de pace vel induciis quibus indesinenter inter Imperatorem et* Hungaros *opera datur.*

### 518

(1460 XII ?)

*F. 259(255)v.* Nicaeno *Cardinali.*

*Intellexit Pontifex eum infirmum esse nec posse ulterius bene et utiliter legationis muneri sarisfacere. Si ergo ei videbitur, conclusis primis inter Caesarem et* Hungaros *diaetis, satisque mediationi suae factum esse autumans, pro libito redeat.*

### 519

(1460)

*F. 235(232)v. N. N.*

*(Omissis)* in tenenda quippe dieta totum pene patrimonium sedis exhausimus *(Omissis).*

## 520

(1460)

*F. 130(127)v. Cosmae* cuidam (de *Medicis?).*

*(Omissis)* Cardinales accessuros *(Omissis)* credamus ut videlicet tua Nobilitas Jta Jnterim de apostolica sede et statu ecclesie presertim in facto fidei contra *turcos* meretur *(Omissis).*

## 521

1461 I 14

*F. 161(158).* Ferdinando Regi.

Ferdinando *victori gratulatur Pontifex, eius animum laudans perseverantiamque suadens.*

*pius* papa *ij* Regi *Sicilie*

Cum precipua consolacione nostra Legimus Literas tuas Jntelligentes prosperum successum quem tibi deus sua benignitate prestare dignatur, Placeat Clementie sue sedulo Jta concedere et breui efficere vt pactato *(recte:* pacato*)* Regno et rebus compositis possimus ad salubriora consilia. mentem conuertere, Virtus tua in his turbationibus cum laude emicuit, Animum bonum semper gessisti nec te ipsum in difficultatibus dereliquisti, Bona causa quamquam facilitatem multam prebeat ad defensionem periclitatur tamen nonnunquam si Constancia et animo Careat: *(verso)* Hec tibi nulli loco nec tempore defuerunt. Cognouimus reductionem Nobilis domus de *Sancto seuerino* et aliorum qui exemplum suum. secuti sunt fecerunt quod illos decebat, Et quod aliquando eos facturos sperauimus dissessionem *(sic)* a tua Serenitate non voluntati sed necessitati ascripsimus Tempora et promissio tua Jta suaserunt vt facerent: Benedictum sit nomen domini qui bene agentes non deserit: Eorumque vnicuique scribimus et reditum suum plurimum commendauimus, hortantes vt Jta continuo perseuerent, Serenitas etiam tua pergat vt cepit mature omnia faciat, fortune semper non credat: in Securitate nimia solent Calamitates plerumque contingere, vigilancia Casus, fortuitos sine damno Declinat, De his quamquam moneri opus non habes caritas tamen nostra vt Jta scribamus hortatur, Nos qui te in afflicta fortuna semper pro viribus Juuauimus multo minus Jn secunda non deseremus Quitquid *(sic)* erit virium nostrarum quitquid consilij atque amoris, veluti Carissimo et acceptissimo filio nostro sine Jntercessione prestabitur, Datum *Rome* xiiij Januarij Anno iij.



## 522

1461 III 31

*F. 220(217)v.* Alexandro Sfortiae.

*Pontifex summa instantia requirit et rogat ut quamtocius collectis quotquot poterit, vires moveat et quamtocius accurrat, discrimina nempe magna sunt eaque non contemnenda.*

## 523

1461 IV 8

*F. 221(218) Nicaeno* Cardinali.

*(Omissis)* De despoto *amoree* recte sentire videris, oneri *(verso)* est nobis; futurus autem periculo si circumuagari sinatur, videbimus aliquam rationem Jnire qua uel Jncommodum Utrumque vitemus uel minus damnosum sumamus *(Omissis).*

## 524

1461 V 2

*F. 211(208).* Sancti Angeli *Cardinali.*

*Pontifici scripserat Cardinalis se ab* Hungaria *discedere non posse, cum ut constans opinio ferebat* Turcae *magnis apparatibus ad obsidendam* Nandoralbam *properarent (f. 212(209)r). Nihil ex* Germania *expectandum Pontifex probe novit cuius principes inter se discordes sint atque maiora impedimenta quotidie Apostolicae ipsi Sedi parent. Molestiis suis brevi futurum finem sperat, tunc totus* Hungarorum *defensioni vacare poterit.*

## 525

1461 VII 6

*F. 192(189)v.* Cornetano *Episcopo.*

*Quo adverso casu ipse cum exercitu oppressus fuerit intellexit Pontifex. Equo animo belli fortunam ferat: mutabit Deus cum temporibus fortunam. Sine mora mittet Pontifex copias ut se tueri et hostes impetere possit.*

## 526

1461 IX 5

*F. 246(242).* Venetiarum *Duci.*

*Ex litteris quae Pontifici Dux misit, quae de* Turca *nunciantur Pontifex novit. Sicut Dux scribit haec ad communem christianorum rem pertinent. Cogitet ipse et Pontifex cogitabit. Apostolica Sedes nulli bene operanti verbo et exemplo deerit.*

ARCH. VAT. ARM. XXXIX VOL. 10

## 527

(1463 - 4)

Pii *Papae* II *in* Turcas *consilium*, Venetis *et* Skanderbego *sociis. Militum expensarumque summa, subsidia* Skanderbego *assignanda dantur, de cuius vincendi felicitate alta spes concipitur.*

*F. 256(276).*

Summario per larmata del mare a dare a nostro signore galee xxv et ij nave grosse oltre altre tante extraordinarie sequiranno l'armata et de tutto el numero de le dicte armate nostro signore non pagherà senon galee xii et dui navi grosse con homini mille che satisfaranno albisogno come più oltre si monstrarà etc.

| | | |
|---|---|---|
| Et primo la Jnsula de *Cypro* | galea *(sic)* | ij |
| La Jnsula de *Rhodi* | galee | iij |
| La Jnsula de *Chio* | galee | ij |
| La Jnsula de *Mitilino* | galee | iij |
| El Duca del*arcipelago* | galee | i |
| La comunità de *Ragusio* | galee | ij |
| Summa | galee | xiii |

Dechiarando le sopradicte galee xiii J segnori de dicti lochi armaranno facilimamente, per o, che la colta semettera generalmente per le loro insule e pagesi la quale aquesta facenda pagaranno alegra mente ipopuli. per francarse quasta uolta dal pericolo de *Turchi* che quotidie li desfanno. et nulla spenderanno li Segnori de loro borse Anzi avanzaranno etc. Galee xij bisogna se paghino da dar aducati vi^c^ el mese fornite con le sue panatiche et altre cose aloro necessarie, per mesi quatro vale

ducati xxviij^M^

Naue duj grosse per portare le panatiche de le galee bombarde et fagottimj con homini mille, cioe v^c^. per nave. de dare ducati .iij. el mese per homo. a loro spese per mesi quatro vale

ducati xij^M^

Et per nolo del corpo de le nauj per mesi quatro a ducati viij^c^ el mese, cio e, iiij^c^ per naue vale

ducati iij^M^.ij^c^

Et per fagottimenti et poluere di bombarda oltra aquello hanno le naue per suo fornimento

ducati M.

Summa XLiiij^M^ ij^c^



Le supradicte galee xij mettendo banco in (?) se armaranno pur de ciurme Venetiane si bene como ad Venegia, dechiarando che oltre ale sopradicte galee xxv ordinarie et nauj due grosse ut supra, Venetiani con ogni modo ne haueranno xv. che tengono fora armate per conseruatione de lor lochi de leuante le (1).

*(In dextero latere)* Armata contra scripta ad auere per quello daranno Venetiani al manco de trentesimo per la ualuta de Milionj iij de ducati

ducati C^M^

Et per la decima de benefici ecclesiastici

ducati XXX^M^

Et per la colletta de Judei almanco

ducati X^M^

*(verso)* Ad fare la Empresa con *Venetiani* et darli Galee L^ta^ et naue X con fanti iiij^M^ a ducati ij e mezo per homo per mesi quatro etc. Prima Galee xiij se hanno in leuante non costa nulla come da altra parte è dicto et galee XV, che ad ogni modo Venetianj hanno fora et fannolj, spese, che summa galee xxviij. Resta fino ala summa de L^ta^ galee xxij se hanno a pagare.

Galee xxij. ad dare a ducati vj^c^ el mese per una fornite con le sue panatiche per mesi quatro ducati

[ducati] Lij^M^ viij^c^:

Naue x con fanti iiij^M^ non pagando el corpo de le nauj ad ducati duj et mezo per homo per mesi. iiij. uale ducati

ducati XL^M^

Et per Marinari vj^c^ ad ducati iiij. el mese per uno, per mesi quatro ducati

ducati viiij^M^ vj^c^.

Et Nota che mesi quatro faranno quatro et uno terzo. però, che el mese se rasona giorni xxxiij Et fra ponti de giorni stanno fora de galea senza licentia, dui altri terzi de mese per modo che j mesi quatro pagati, ve seruono cinque.

Et se per auentura compiono soldo de dui o tre mesi piu, el pagamento lo e, facto in leuante de moneta che sechiamano tornesi de rame, et dato loro sei libre di questa moneta per uno ducato, donde el ducato uale libre noue, che sonno cinquanta per cento. manco de quel denaro.

Dechiarando che deo dante, Jdetti galeotti guadagneranno assai de li lochi metteranno asacho, et de presoni schiaui et schiaue et *turchi*

(1) *Continuatur f. 257(277)v.*

che prenderanno che ben se haranno a contentare. quando seruissero bene qualche mese piu de la paga haranno anca per quatro mesi.

Dechiarando che fra le naue et galee, sonno gente ordinarie pagate, homini xv$^{M}$. vj$^{c}$ che fora bellissimo esercito che viene ad essere

*(f. 257(277)r)*. homini: ij$^{c}$ xxx per galea. et iiij$^{c}$Lx per naue. Eli quando fusseno più numero de fanti in lenauj, non potrebbono star abilemente.

Esercito *dalbania* como de l'altra banda e dicto caualli mille utili per mesi .iiij. ducati

ducati xvi$^{M}$.

fanti mille v$^{c}$. a ducati ij et mezo el mese per homo ducati per mesi quatro

ducati xv$^{M}$.

Ad *Scandarbech* de subuentione el quale ussirà in esercito secundo lusato suo con hominj xv$^{M}$

ducati xv$^{M}$.

Et nota che questa gente conquistara tanto in pochi giorni. fructuoso pagese che se stessero uno anno fuora acampo, haranno da uiuere. et uiueranno de banno etc.

Summa summarum ducati cLxviij$^{M}$. iiij$^{c}$.

*(f. 256(276)v)*. Armata contra scripta de auere per quello daranno Venetianj al manco del trentesimo per Milioni tre de ducati

ducati C$^{M}$

Et per decima de benefici ecclesiastici al manco ducati

ducati xxx$^{M}$.

Et per la colletta dej *Judei* almanco ducati

ducati x$^{M}$.

Summa ducati CXL$^{M}$.

*(f. 257(277)v)*. quale continuamente sequiranno larmata per gelosia che non facciano danno a loro lochi secondo la usanza loro, per modo che faranno xxv galee dicte ut supra, et xv de *Venetiani* che summa xL. oltre altre fuste et galee de corsari et altre nationi che sequiranno larmata chi per voti che hanno contra *Turchi* et chi per guadagno che senza dubio faranno piu daltre L$^{ta}$ uele. oltre le xL galee dicte de sopra. Et tandem non se ne pagano excepto .xij.

Per lo exercito *dalbania* ueramente caualli mille Jtaliani utili aducati iiij el mese per homo per mesi iiij. Vale

ducati xvj$^{M}$.

Et per fanti Mille .V$^{c}$. aducati dui et mezo el mese per mesi iiij

ducati xv$^{M}$.



Et per subuentione ad *Scandarbech* el quale ussira acampo con homini xv$^{M}$. del suo exercito

ducati xv$^{M}$.

Summa ducati xLvj$^{M}$.

Et dechiarando che li fanti uogliono essere partiti in questa forma cioe balistieri v$^{c}$. Schiopetterj v$^{c}$. et lance longhe .v$^{c}$. per fare steccati al bisogno de lochi habili etc.

Dechiarando che ditto exercito come se moue ala giornata uanno acquistando l*albania* et la *Walachia* bassa sottoposte al *turco* per modo che auanti che siano gionti al confino de la *grecia* saranno multiplicati in triplo, oltre li crucisegnati, che saranno passati d'*Jtalia* et daltri pagesi

Summa summarum ducati Lxxxx$^{M}$. ij$^{c}$.

*(additum in margine nomen sive auctoris sive consultoris sive executoris:)*

Comiti *Lutio Villamari* Pro classe

## 528

(1464 VIII ?) (1)

*F. 49(48).*

*Pius .II.* pontifex Maximus Natione *Tuscus* fuit: Patria *Senensis*. Gente *piccolominea*. sedit annos VI. Breuis pontificatus ingens fuit gloria. Conuentum fidelium *Mantue* pro fide habuit. Menses sex ei prefuit. Causam publicam egit. Oppugnatoribus romane Sedis in *Jtalia*, et Transalpes intrepide restitit. Pragmaticam sanctionem in *Galijs* abrogauit. *Ferdinandum Aragonensem* in *Regnum Sicilie* restituit. *Patrimonium* ecclesie auxit. Cultor iustitie fuit. Cultor religionis. Ammirabilis eloquio. In bellum vadens, quod *Turcis* indixerat, *Anchone* decessit. xviij. Kalendas Septembris. hora noctis iij. Jbi et paratam classem, Et Ducem *Venetorum* commilitonem christi habebat. Relatus in Urbem est patrum decreto. Et hic conditus.

*Franciscus* Cardinalis *Senensis*. Auunculo Sanctissimo. Fecit.

## 529

1466 (!) (1464) III 10

*F. 34(33)v?*

*[Pius Papa II] intellexit quae de confluenti multitudine [cruciatorum] N. N. scribit. Deus corda fidelium ad fidei defensionem tangit. Retineat qui retinendi videntur. Omni celeritate* Sancti Angeli *Cardinalem prae-*

(1) *Sepulcralis Pii II inscriptionis exemplar.*

*mittit qui ad locum opportunum confestim confluentes traiciat. N. N. Episcopus, uno cum* pisano *Priore, quae necessaria noverit navigia ad transitum conducat. Pontifex eadem die Urbe discedit et celeriter* Anconam *petit.*

**530**

1466 VI 16

Skanderbegi *victoria quaedam:* « *Obviam esse hosti* Scutarum *usque; magna virtute repulisse illum* ... Croiam *opidum tenere firmo praesidio* ». Venetiae, *Pontifex,* Ferdinandus *Rex auxilia praestant.*

*F. 36(35)v?*

Copia. *(Omissis).* Que de *Turcis* per hos dies nunciata sunt, puto eam accepisse ex alijs. mitiora *(?)* quedam, novissime nunc littere ex *Brundusio* referunt *Scardabeum (sic)* a *Venetis* adiutum collexisse ad XVeim milia pugnatorum. Obuiam esse hosti *Scutarum* usque. Magna uirtute repulisse illum a propinquo flumine, vbi statuere pontem ad traducendum exercitum erat conatus. *Croiam* opidum tenere firmo presidio. Esse intus militem et frumentum: et arma que satis sint ad obsidionem biennij. Ad hec firmanda *ferdinandus* rex duo milia peditum. Pontifex mille *Scanderbeo* nunc mittunt *(?)*. Que sequentur ignoro. Respiciat nos deus, et rem christianam misericordi manu substentet *(?)* Licet intellexerit hec forsan ex alijs dominatio vestra tamen officij mei fuit non pertacere *(?)* Jlli me commendo: atque illius sum deuotus seruitor et filius. Rome. 16. Junij. 1466 manu propia.

ARCH. VAT. ARM. XXXIX VOL. 12

PAULI II BREVIA

**531**

1470 IX 17

*F. 3(2).* Christoforo Mauro Venetiarum *Duci.*

*Notum ei est quanto studio Pontifex* Italiae *principes ingruentibus christianae rei publicae periculis convocaverit. Iam* Ferdinandi Siciliae *Regis necnon* Florentinae *urbis oratores convenerunt, prope diem a* Mediolanensi *Duce et ceteris* Italiae *principibus venient. Ut dissensus compescant cum* Ludovico Mantuae *Marchioni hortatur, ne detrimentum patiatur christiana res publica quae forte per mille annos maiorem luctum non habuit.*



**532**

1470 IX 18

*F. 2. Senensibus.*

Ad nonnullos potentatus *Jtalie* de vnione facienda. Dilecti filij salutem etc. Comptum habet deuotio uestra: ut non dubitamus progressum immanissimi Tyranni *Turchorum* qui potentissimo exercitu mari ac terra *Nigropontum* Vrbem claram inaudita crudelitate pro sua innata feritate expugnauit *(Omissis).*

*Idem* Italiam *quoque debellare conatur. Necessarium ergo quamprimum totius* Italiae *simul congregatae vim opponere. Pontifex reliquis* italis *principibus populisque ut oratores ad plenarium foedus statuendum mittant scripsit.*

*(verso)* Simile *Lucensibus*
*Mantuae* Marchioni
*Guillelmo Montisferrati* Marchioni
*Mantuae* Duci
*Amodeo Sabaudiae* Duci
*Iohanni Aragonum* Regi.

**533**

*F. 4(3).* Galeatio Mariae Mediolanensi *Duci.*

*Hortatur Pontifex ne Dominorum de* Corregio *terras invadat. Ad* Italiae *foedus in* Turcas *ineundum oratores prout et ceteri* Italiae *principes mittat* (verso). *Pontifex pacis studiosus semper fuit, eo magis in praesentiarum,* Turcis *ad* Italiam *subiugandam festinantibus.*

**534**

1470 X 3

*F. 12(11).* Iohanni et Thadaeo *Dominis.*

*Eorum fortitudinem et constantiam in* Turcas *laudat. Implorata subsidia mittere multis curis involutus* Turcarum *bello incumbens, non valet.*

Dilectis filijs Nobilibus uiris *Johanni* vaiuode *Zarconi* Comiti et *Thadeo* fratribus Dominis de *Narente Crayne* et *Therechine:*

Dilecti filij salutem etc. Venit ad nos dilectus filius *Stephanus Antonj* Canonicus *Corzulensis* ex parte nobilitatis vestre et exposuit nobis fidem et deuotionem vestram quam erga nos et hanc sanctam sedem orthodoxamque fidem christianam geritis simulque etiam animorum vestrorum fortitudinem et Constantiam aduersus perfidissimum *Turchorum* tyrannum. Quod nobis auditu iocundum fuit. Vobisque

preterea benedicimus et nobilitatem vestram in domino maximopere commendamus. Jntelleximus preterea dolenter ab eodem necessitatem vestram quam pluribus uerbis nobis etiam significauit subsidium a nobis implorando . Nos dilecti filij pluribus rebus et Curis publicis pro nunc Jnuoluti, et precipue circa vnionem *Jtalie* componendam et corroborandam: ut ea pacata aliquid magni contra eundem *Turchum* communem hostem in consolationem christicolarum et vestram efficere valeamus. cui rei plurimum incumbimus: ac speramus in altissimo rem felici cursu breui confectam iri. Jta quod non potuimus eum pro nunc ad uos voti compotem. remittere Speramus enim in omnipotentis dei misericordia vna nos cum *italie* potentatibus et alijs christianis principibus talem operam in causa fidei adhibituros quod vos, et alij christiani principes vobis finitimi et populi consolabimini. Jnterim hortamur in domino durante *(sic,* durate *?):* ut hactenus egregie et strenue fecistis: confidentes in eodem domino deo nostro: cuius causa agitur, et qui non sinebit *(sic)* uos diutius in hac tribulatione permanere, et vobis perhenne premium contribuet. erimusque et vestrum precipue memores et laudem ac gloriam apud homines consequimini non mediocrem. Datum *Rome* apud *Sanctum petrum.* iij octobris 1470 anno septimo.

**535**

1470 X 18

*F. 17(16).* Eduardo Angliae *Regi.*

*(verso) Pontifex* Carolum Ugolinum de Marcellis, florentinum *mercatorem ei commendat,* Londinium *ad ministrandum distribuendumque alumen petentem, cuius proventus rei publicae christianae bono et cruciatae usui dicantur.*

**536**

1470 X 18

*F. 17(16).* Carolo Burgundiae *duci.*

*Pontifex de monopolio pro aluminis venditione ei scribit, cuius proventus cruciatae addicti sunt. Nam magna fidei orthodoxae pericula quotidie imminent.*

**537**

1471 I 11

*F. 78(77).* Ferrariensi *Episcopo.*

*Pecunias Camerae Apostolicae debitas in* Poloniae Bohemiaeque *Regnis et Sancti Petri denarium, non Apostolicae Camerae mittat, sed (verso)* Hungarorum *Regi ad* Georgium de Podiebrath *debellandum* Bohemiae *Regni occupatorem hereticum, et* Wratislaviensi *Episcopo; ceterum sibi quoque provideat.*



**538**

1471 I 13

*F. 77(76).* Hungarorum *Regi.*

*Cum Sanctae Sedis facultates pertenues sint, non valet Pontifex ei contra* Bohemos *iuxta suum desiderium subvenire, praesertim cum* Turcarum *furori occurrere cogatur.* (verso) *Hoc anno Pontifex ad id unum ut eorum impiis conatibus obstet se disponit; fortunatissimum Regis gladium pernecessarium fore apprime sciens, expeditionem* bohemicam *interea finem optatum attingere cupit. Duodeviginti ducatorum milia per* ferrariensem *Episcopum suum oratorem mittit iubens ut aliquid subsidii etiam aliunde fidelissimo christianae religionis pugili erogetur.*

**539**

1471 I 13

*F. 76(75)*[v]. Frederico Imperatori.

*Intellexit Pontifex inter eum et* Hungariae *Regem pacis et mutuae amicitiae foedera inita esse. Valde laetatur Pontifex non solum pro eorum Regnis, sed etiam pro tota christiana re publica a* Turcis *afflicta. Et in* Italia *principes ad pacem et unionem concludendam inducere ipse non desinit.*

**540**

1471 I 20

*F. 79(78)*[v]. *Civitatis* Rhodi *Consilio civibus et habitatoribus.*

*Fossis contra* Turcas *parandis operam dent.*

**541**

1471 I 23

*F. 90(89)*[v]. *Fr.* Eugenio de Albania.

Progonus Dukagjini *et alii, qui catholicam fidem olim turpiter abdicaverant, fr.* Eugenii *cura, ad eam una cum pluribus sociis redierunt; a Pontifice reconciliationem petunt.*

*F. 90(89)*[v]. * Dilecto filio *Eugenio de Albania* ordinis minorum de observantia nuncupatorum professo.

Dilecte fili salutem etc. Jntelleximus *progenum,* domicellum *ducahi* [1] olim in XVI uel circa sue etatis anno constitutum, animi qua-

[1] *Progonum Dukagjimi.*

dam Leuitate ductum Jnimico humani generis suadente vna cum nonnullis vasallis suis subditis: ac alijs stipendiarijs suis: usque ad numerum ducentorum uel circa ad *Turchorum* Tirannum confugisse. ac eundem *progenum* cum Triginta ex illis fidem catholicam, quam in suo regenerationis lauacro *(f. 91(90)ʳ)* deuouerat a se adbicando *Maumeticam* sectam astantibus *Turchis* quampluribus et sibi congratulantibus turpiter suscepisse, et tam illos abnegatos, qui tamen una cum illis auxilium consilium: uel fauorem contra christianos prestiterunt interfueruntque quod multi christiani interficerentur tua sollicitudine, cura ac inductione ad cor *(?)* reuersos fuisse de premissis ex intimis cordis penitentes et cupere ad vnitatem: ac gremium sancte matris ecclesie redire. Quare pro parte tam *progeni* quam vasallorum. ac sequacium huiusmodi, quorum nomina ac cognomina habere volumus pro expressis nobis fuit humiliter supplicatum. ut animarum eorum saluti consulere paterne dignaremur: ac eos propter huiusmodi apostasiam reconciliare, et communioni fidelium restituere: ipsosque: necnon omnes et singulos complices suos, qui tamen eandem fidem orthodoxam. non abnegarunt ab excessu et, et *(bis)* celere *(recte:* ceteris*)* per eos perpetrate *(recte:* perpetratis*)* absoluere. Nos igitur attendentes quod gaudium est in celis super vno peccatore penitentiam agente, et quod apostolice sedis clementia non consueuit penitentibus veniam denegare huiusmodi supplicationibus inclinati, committimus tibi presentium tenore: quatenus *progenum:* ac alios vasallos, et subditos, qui catholicam fidem ut prefertur abnegarunt, si corde contriti humiliter petierint iuxta formam presentibus introclusam reconcilies, ipsosque ad numerum triginta participationi et communioni fidelium restituas: ac eundem *progenum* vasallos subditos. ac stipendiarios, qui a fide deuiarunt facta reconciliatione: necnon alios usque ad predictum numerum Ducentorum ac etiam *Nicolaum* germanum dicti *progeni*, nunc sub *Turcho* contra christianos militantem cum suis sequacibus, et quoscumque alios militantes sub *Turcho:* ac sibi fauentes qui fidem non abnegauerunt: sed ipsis infidelibus dederunt consilium, auxilium uel fauorem; ab excessu et peccato huiusmodi omnibusque et singulis et alijs excessibus criminibus delictis facinoribus ac peccatis, etiam si talia sint propter que merito sit sedes apostolica consulenda facta debita satisfactione, si opus fuerit hac vice dumtaxat absoluas in forma ecclesia consueta jniunctis inde eis et eorum cuilibet sub uirtute iuramenti, per eos prestandi, quod de cetero talia non committent nec committentibus prestabunt auxilium, consilium uel fauorem, et pro modo culpe penitentia salutari tuo arbitrio moderanda, omnemque inhabilitatis, et infamie maculam siue notam, per eos eo-



rumque fratres filios et nepotes premissorum occasione quomodolibet contractam *(verso)* dicta auctoritate penitus absoleas *(recte:* absoluas*)* necnon ipsos: ac filios et nepotes premissorum occasione predictos in pristinum et eum statum in quo erant antequam a fide aberrassent, et ipsi: ac alij premissa perpetrassent: ac si premissis abstinuissent, et illis minime interfuissent, dicta auctoritate restituas: et proinde in omnibus et per omnia: ac si a memorata fide minime deuiassent: nec excessum predictum perpetrassent. Non obstantibus premissis ac constitutionibus et ordinationibus apostolicis ceterisque contrarijs quibuscumque. Datum *Rome* apud *Sanctum Petrum* ad xxiij Januarij 1471 Anno Septimo.

## 542

1471 II 8

*F. 93(92).* Iohanni Balsichi.

Arbanensi *Episcopo territorium quoddam sibi in* Dyrrachiensi *ditione vindicanti*, Balsichius Dyrrachiensi *Archiepiscopo faveat.*

Dilecto filio: Nobili viro *Johanni Basicchi* (¹) Jn *Albania* domino:

.L. dachus] Dilecte fili salutem etc Pro parte venerabilis fratris Archiepiscopi *Dyrachiensis* nuper nobis expositum fuit quod licet suus immediatus predecessor, per diffinitiuam sententiam Archiepiscopatui suo *dyrachensi* adiudicari obtinuerit territorium de *Rendonis dyrachensis* diocesis: ac literas executoriales desuper decerni obtinuerit, tamen venerabilis frater Episcopus *Arbanensis* contra quem huiusmodi diffinitiuam sententiam obtinuit et eius vicarius etiam pluries per modernum Archiepiscopum amicabiliter requisitus impedire dictum Archiepiscopum super dicti territorij de *Rendonis* possessione non cessat contra iustitie debitum in Archiepiscopi et Archiepiscopatus iacturam, et anime sue periculum: propter censuras ecclesiasticas que in huiusmodi executorialibus literis apponi solent: Cum itaque nostri moris et officij sit oportunos fauores pro manutentione iustitie omnibus fidelibus libenter impendere. eiusdem Archiepiscopi in hac parte humilibus supplicationibus inclinati Nobilitatem tuam quam deum timentem, et iustitie obseruantem esse percepimus requirimus et hortamur in domino. ut si ita sit et de predictis literis tibi constiterit pro debita executione sententie et literarum ita fauere, et adesse pro nominato Archiepiscopo *Dyrachiensi* velis ut tuo iusto fauore adiutus possessionem huiusmodi territorij de *Rendonis* nancisci, et pacifice retinere ualeat iuxta dictarum literarum executo-

(¹) *Recte:* Balsichi (cfr. n. 543).

rialium seriem et tenorem. Quod erit necessarium apud deum et nobis gratum. Datum *Rome* apud *Sanctum Petrum* etc die viij februarij 1471 Anno Septimo.

## 543

1471 II 10

*F. 96(95).* Iohanni Balsichi.

Iohannem Balsichium *magno animo* Turcis *obsistentem laudat, auxilium, italico foedere iam firmato, christianis pugnantibus adfuturum non desperans.*

*.L. dachus*] Dilecto filio *Johanni Balsichi* in *Albania* domino: Dilecte fili salutem etc. Relatione Venerabilis fratris Archiepiscopi *Dyrachiensis* intelleximus Nobilitatem tuam pro virili tua hactenus laudabiliter et magno animo *turchis* restitisse et in fide Catholica constanter perstitisse. Quod nobis auditu iocundum fuit, et licet in hoc rem *(verso)* christiano nomine dignam feceris: ac anime tue saluti vberius consulueris que omnibus rebus anteponenda est nichilominus plurimum et in hoc commendamus et benedicimus, nec te terreat vicinitas ipsius *Turchorum* tyranni Speramus in domino nostro Jhesu christo, cuius causa agitur: quod non sinet nos diutius in hac persecutione tribulatione et metu. sed Breui nos a manibus istius Draconis liberabit et eum conterret *(sic)* et sua potentia confundet. Nos enim iam ipsius dei misericordia vniuersalem ligam *Jtalie* iniuimus fecimus ac conclusimus: ut *Jtalis* inuicem vnitis expeditio contra ipsum perfidum canem fiat. Ob hanc causam et in hunc finem vnio ista et liga facta fuit. Hortamur igitur Nobilitatem tuam in domino velis propter premissa et etiam honorem tuum in bono opere tamquam bonus christianus perseuerare nec te blanditijs uel timore ipsorum *turcorum* seduci permittere: Quod si feceris sicuti te facturum speramus consequeris maximum et immortale premium a deo, a nobis et hac sancta sede commendationem: ac gloriam vtilitatem etiam, et consolationem corporis et anime reportabis Datum *Rome* apud *sanctum petrum* .X. februarij 1471 etc. Anno Septimo.

## 544

1471 II 18

*F. 101(100).* Burgundiae *Duci.*

*De aluminis monopolio pro cruciata salvando.*



## 545

1471 II 22

*F. 106(105)rv.* Ferrariensi *Episcopo.*

*Nuntiat* Matthias Hungarorum *Rex se si qua in* Turcas *expeditio fiat, interesse minime vetari, fidei negotia contra* Bohemiae *hereticos interea non omittendo, modo sibi subsidia per* Italiae *principes afferantur. Cui Pontifex rerum agendarum consilium in* ratisbonensi *diaeta capi posse asseverat si huic Rex ipse intererit,* (verso) *ne fidei negotium contra* Bohemiae *hereticos dilationem patiatur. Rex contra* Turcas *hoc anno subsidium ab* Italiae *principibus habere non poterit, quia maritima paranda est classis, neque a* Germaniae *principibus etiam si diaeta pro votis succedat, per temporis instantiam minimum quid agi in* Turcas *licebit. Pontifex* Ferrariensem *hortatur ut ad diaetam simul cum Pontificio legato* Francisco S. Eustachii *cardinali conveniat, curetque ut expeditio in* Turcas *fiat et susceptum contra* Bohemiae *hereticos opus compleatur.*

## 546

1471 II 23

*F. 106(105)v.* Ferrariensi *Episcopo.*

*Propter fidei et christifidelium ex* Turcis *gravissima pericula,* Fredericus *imperator generalem conventum* germanorum *principum et praelatorum indixit ad* S. Georgii *diem,* Ratisbonae, *ipse adfuturus et in* Turcas *(f. 107(106)r) etiam in paternum eius territorium debacchantes consilia agitaturus. Cum autem diaetae legatum a latere praesentem postulaverit Imperator,* Franciscus S. Eustachii *diaconus cardinalis legatus creatus est.* (Omissis de *Bohemiae* hereticis).

## 547

1471 III (sine die)

*F. 105(104)rv.* Roberto de Aragona *capitaneo.*

*Pontifex licentiam dare nequit ut in* perusino *agro cum militibus castra ponat: id suspicionis occasionem* italicis *principibus daret, quos inter magno labore ac studio universalis pax et foedus tandem institui datum est ut* Turcarum *potentiae obsistatur.*

## 548

1471 III 12

*F. 113(112). Magistro et Conventui* Sancti Iohannis Ierosolimitani *hospitalis* Rhodi *commemorantibus.*

*Pontifex eorum oratorem* Cutium (Cinctium?) de Ursinis, capuanum *priorem audivit. Hortatur eos ut intrepidis animis ad religionem tuendam contra* Turcas *incumbant. Pontifex cum catholicis principibus concursum facere parat.*

**549**

1471 IV 8

*F. 128(127)*v. Senensi *Cardinali legato.*

Ernesti et Alberti, Saxoniae *ducum oratores, (130(129)*r*) antequam* ratisbonensis *diaeta celebretur, ut Pontifex aliquam de re* bohemica *deliberationem capiat petunt, ut planior via deliberationi aperiatur de* turcico *bello. Res* bohemica *magnum tempus requirit, nec diaetam retardare his impedimentis fas est, cum* Turcis *enim in mora periculum.*

**550**

1471 IV 18

*F. 144(143).* Ragusino *Archiepiscopo.*

